

est expleta, & deputatio, qua sequi supponitur, est nova; unde non potest prioris mensis approbatio, & licentia ad sequentem mensem extendi.

1459 Extraordinarius approbatus cum licentia semel in hebdomada, non potest bis eadem die, puta mane, & post meridiem, ad excipiendas Confessiones accedere. Et multo minus potest bis accedere distinctis diebus ejusdem hebdomadae, sub praetextu, quod *visu femel* afflictiarum die, & bis accedenda duobus distinctis diebus, ex illis duobus diei medietates computet, quae unum integrum constituent diem viginti quatuor horarum.

Ratio est, quia si id verum esset, posset necdum duobus distinctis diebus accedere, sed cum die ejusdem hebdomadae diebus mane, & post meridiem, viginti quatuor computando horas, quod sufficeret ad constituendum integrum diem, quod praeter absurdum, molestiam afferret. *Visu femel* igitur in hebdomada non afficit diem, sed ad eum accessus ad Confessiones excipiendas. Constat perfructuando discernim inter has duas licentias. Licentia enim concessa pro octo diebus, pro mense, pro die, distinguatur a licentia data pro femel, seu pro una vice, & minime ex alio capite, nisi quia licentia primo modo concessa afficit tempus, nempe octo dies, mensem, diem, &c. & si poterit Confessarius singulis recentis temporis diebus accedere, quoties opus fuerit, quia actus illi exequantur intra tempus deputacionis, supra quod licentia cadit. Licentia igitur secundo modo concessa, cum distinguatur a prima, non afficit tempus, nempe diem, sed actum accessus; ac prout sequitur, quod recentis Confessariorum, virtute talis licentiae, non possit bis eodem die, mane, & post meridiem, & multo minus sub distinctis diebus ad Confessiones excipiendas accedere.

1460 Illud tamen tibi certum sit, quod recentis Confessariorum, si dum confessiones excipit, ex aliquo accidente ad breve tempus reversurus exeat, & redeat ad alias confessiones, excipiendas, quas excepturus erat; licite, & valide absque nova licentia redit, & excipit: quia id totum mortali terque unicus accessus, & unicum munus, atque complementum exercitii licentiae.

1461 Idem die, si habita licentia pro una vice, ingressus est Monasterium ad excipiendam Confessionem agrotae, & post egressum, sta-

tim, antequam ad alia divertaris, vocatus, eo quia agrotata sit, alicujus oblita peccati, redeas; licite, & valide absque nova licentia iterum ingrederis ad ejusdem Confessionem complendam, quia mortaliter est unum ingressus, unaque Confessio perfecta. Pelliz. de *Monialibus* c. 10. sect. 3. q. 9. ubi plures alias refert casus, ad n. 265.

1462 Licentia concessa Extraordinario ad ingrediendum pro Confessione infirmam, extenditur ad locum, maxime si fit Regularis, qui debet secum ducere locum probum, atque maturum, qui nunquam a Confessario sejungatur, eoque Confessiones excipiente, in aliqua parte sistat, ut eum videre, ab eoque videri possit, ita tamen ut Confessionem audire non valeat.

Ductus Confessarius in rigore juris debet peracto negotio exire; quod intelligitur recto tramite. At si per transitum officinas Monasterii circumeat brevi tempore, non peccare, tenent *Mendo in epist. ver. Moniales* nu. 151. Pelliz. de *Monialibus* c. n. 166. & 167. Sanch. Roder. Miranda, Peyr. Bonac. & alii apud ipsum.

1463 Quando, & quomodo liceat Superioribus Regularibus, & Confessariorum, ingredi Clausuram Monasterii ipsi subiecti, & prope illius commorari: v. in *Consi. Alex. VII. Felicis* 1664 apud Laurentiam *ver. Moniales*.

Item, quid possit Episcopus, quoad Clausuram in Monasteriis exemptis, vide apud Martinecci *ver. Classis Monialium*.

DE ALLOCUTIONE CUM MONIALIBUS.

Quamvis ad saculares, etiam Ecclesiasticos, sunt attendenda edicta Ordinariorum, & Constitutiones Synodales, in quibus plura praescribi solent.

QUANTUM AD REGULARES.

1465 **S**unt specialia Decreta a S. Congregatione edita. Et quamvis his non obstantibus Caspitol. *par. 3. disp. 4. punct. 11.* Vidal. in *Inquisit. mor. tit. de Monialibus* Inquis. 2. & alii apud ipsos, & apud Verticelli in *quest. mor. tract. 8. qu. 66.* teneant, accessum ad colloquendum cum Monialibus, etiam cum frequentia, non esse mortalem, sed ad summum veniale, seclusis circumstantiis extrinsecis pravae intentionis, scandalis, & periculis peccandi: hae moti rationes, quia prohibita Decreti Sixti V. de anno 1590. cui cetera Decreta subordinantur, fundatur in praesumptione scandalis, his verbis: *Ad occurrendum scandalis, qua contingere solent: Et ex cap. Tuae nos 26. cap. 1. qui fidei 30. de spons. lex. h. h. aa.*

data in praesumptione mel, non habet locum in foro conscientiae, quando veritas est in consensum.

1466 Omnis dico, esse peccatum mortale, etiam si nullum adit scandalum, aut periculum, nec prava intentio. Verticelli *cit. ad nu. 11.* Donatus *tom. 3. tract. 6.* Et ut conser. de mente S. Congreg. adducenda puro ejusdem Decreta.

1467 Principale Decretum est S. Congreg. de anno 1590. iuxta Sixti V. editum.

Illustissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales, Sacrae Regularium Congregationi Praefecti, ad occurrendum scandalis, quae contingere possunt, aliisque iustis, & rationabilibus causis animam perimere, de speciali, & expresso mandato S. D. N. Sixti Divina Providentia Papae V. viva voci oraculo eis factis, decreverunt, & mandaverunt, nulli posthac Religioso, & cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat [Superiore, cui Monasterii, seu domus quaerunturque Monialium, vel Sororum, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur, duntaxat exceptis] licere absque licentia expressa ejusdem Sacrae Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quaerunturque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cuiuscunque Ordinis, ad colloquendum, sive tractandum cum eis; quod si aliquando mandato sui Superioris, aliquo Religioso, ad praedicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas, in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra clausuram existentibus, mitti contigerit, prohibeantur, ne dicti Religiosi, sive quocunque colore, Moniales, sorores, aut quilibet aliam personam intra clausuram degentes, alioqui possint.

Quae omnia & singula sub poenis privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae info facto incurrendis, aliisque ejusdem Congreg. arbitrio praecipitur rite observari.

1468 Quod Decretum fuit per eandem S. Congreg. anno 1623. confirmatum, & quoad Superiorum licentias moderatum, ut sequitur:

Cum alias, de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiorum Regularium Praefectissimum Congregationem, de mandato sel. rec. Sixti Papae V. circa accessum Regularium cuiuscunque Ordinis ad Monasteria Monasteria fuerit decretum, quod nulli Religioso cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat [Superiore, cui Monasterii, seu domus cura incumbit, & Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur duntaxat exceptis] liceat absque licentia expressa ejusdem Sacrae Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quaerunturque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cuiuscunque Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris, aliquo Religioso, ad praedicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas, in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra clausuram existentibus, mitti contigerit, prohibeantur, ne dicti Religiosi, sive quocunque colore, Moniales, sorores, aut quilibet aliam personam intra clausuram degentes, alioqui possint.

rum, sive sui, sive alterius cuiuscunque Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando, mandato sui Superioris, aliquo Religioso ad praedicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas, in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra clausuram existentibus, mitti contigerit, ne dicti Religiosi, sive quocunque colore, Moniales, sorores, aut quilibet aliam personam intra clausuram degentes, alioqui possint.

Quae omnia & singula sub poenis privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae info facto incurrendis, aliisque ejusdem Congreg. arbitrio praecipitur rite observari.

1468 Quod Decretum fuit per eandem S. Congreg. anno 1623. confirmatum, & quoad Superiorum licentias moderatum, ut sequitur:

Cum alias, de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiorum Regularium Praefectissimum Congregationem, de mandato sel. rec. Sixti Papae V. circa accessum Regularium cuiuscunque Ordinis ad Monasteria Monasteria fuerit decretum, quod nulli Religioso cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat [Superiore, cui Monasterii, seu domus cura incumbit, & Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur duntaxat exceptis] liceat absque licentia expressa ejusdem Sacrae Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quaerunturque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cuiuscunque Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris, aliquo Religioso, ad praedicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas, in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra clausuram existentibus, mitti contigerit, prohibeantur, ne dicti Religiosi, sive quocunque colore, Moniales, sorores, aut quilibet aliam personam intra clausuram degentes, alioqui possint.

Quae omnia & singula sub poenis privationis officiorum, ac vocis activae, & passivae info facto incurrendis, aliisque ejusdem Congreg. arbitrio praecipitur rite observari.

1468 Quod Decretum fuit per eandem S. Congreg. anno 1623. confirmatum, & quoad Superiorum licentias moderatum, ut sequitur:

Cum alias, de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiorum Regularium Praefectissimum Congregationem, de mandato sel. rec. Sixti Papae V. circa accessum Regularium cuiuscunque Ordinis ad Monasteria Monasteria fuerit decretum, quod nulli Religioso cuiuscunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat [Superiore, cui Monasterii, seu domus cura incumbit, & Visitatore, vel Visitatoribus, Confessarioque Ordinario, & Extraordinario, cum ad tempus deputabitur duntaxat exceptis] liceat absque licentia expressa ejusdem Sacrae Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quaerunturque Monialium, vel Sororum, sive sui, sive alterius cuiuscunque Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris, aliquo Religioso, ad praedicandum verbum Dei, vel ad celebrandum Missas, in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra clausuram existentibus, mitti contigerit, prohibeantur, ne dicti Religiosi, sive quocunque colore, Moniales, sorores, aut quilibet aliam personam intra clausuram degentes, alioqui possint.

1469 Ercum dubitatum fuerit, an supra- dictum Decretum Sixti confirmatum obliget sub mortali; S. Congr. sub die 1. Julii 1626. respondit:

Sacra Congregatio, attentis narratis, censuit, & declaravit: Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam decreti, quo hujusmodi accessus per Sac. Congr. prohibetur, ultra poenas privationis officiorum, ac vocis activae, & Passivae, incurere poenam peccati mortalis.

1470 Novissime, quia plures Doctores praetendebant, non esse prohibitam allocationem per breve tempus, etiam per quadrantem horae cum dimidio, accessit Declaratio Sac. Congr. Conc. sub Clemente IX. ut sequitur:

Die 11. Maji 1669. Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini interpretum, habita notitia, quod nonnulli Regulares absque licentia crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent. praetendentes non esse interdictum per breve tempus etiam usque ad quadrantem horae cum dimidio, quod theologo avaricio aliquando metentur, Moniales, aliasque personas intra Clausuras existentes allegari, & hanc opinionem tanquam satam affirmari, dissemant, & sison etiam scriptis evulgant, proprias graviter illaqueantes conscientias, & scandalis cooperentes: ad hujusmodi perniciosos errores eliminandos, opinionem praedictam improbandam, revocant, ac damnant declaravit, Regulares consuetudine Ordinis, Militiae, Societatis, Congregationis, & Instituti, etiam de quibus specialiter mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta, & etiam ipsi Regularibus subiecta, vel alias specialiter mentione digna, absque legitima facultate accedunt, colloquendo etiam per quodcumque modicum temporis spatium cum Monialibus, aut aliis intra Clausuras degentibus, peccare mortaliter, eoque sub excommunicationis, privationis vocis activae, & passivae, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statuta panis, posse ab Ordinario tanquam Sedis Apostolicae Delegato coerceri.

1471 Ex quibus Decretis, & Declarationibus constat, Sac. Congr. sub mortali prohibere quamlibet brevem allocationem; licet enim allocutio in se sit levis, considerata tamen sub fine extrinseco a legislatore intento, est materia gravis; finis autem legislatoris est etiam brevem allocationem prohibens, respicit bonum communis ad vitanda scandala, & pericula, quae contingere solent. Pro quo faciunt dicta in rom. 2. a n. 12. ad 14.

1472 Eo maxime, quia speciale onus Religiosorum & Sanctimonialium est solitudi-

nem cellae diligere, disciplinam regulariter servare, Chorum frequentare, majori perfectioni studere, Deo mentem tenere, & Christum sponsum amare, a quibus solent hujusmodi allocationes divertere, & spiritum tepescere.

1473 Ad rationes in oppositum perdocte respondet Donatus ex Vericelli cit.

Nam tunc cessat lex, cessante facto, aut delicto praesumpto, quando fundatur in praesumptio facti, aut delicti, seu periculi determinati; secus autem, quando fundatur in praesumptione delicti indeterminati, & vagi; tunc enim obligat in singulis casibus, etiamsi in aliquo non adfit periculum: ut patet de eo, qui legem tulit, ne quisquam ferat arma, eo sine, ut evitetur periculum occasione, obligat enim omnes arma portantes, est multi illa deserant ad defensionem, vel decorem, quoadmodum legem ferens respicit illud, quod solet adesse in pluribus, non autem in paucis.

La pariter dicendum est de legibus prohibentibus locutionem cum Monialibus, non enim praesumunt periculum aliquod determinate, sed vagae, & indeterminatae; quare obligant omnes subditos, in singulis casibus, etiamsi in aliquo non adfit periculum.

1474 Sub recentis Decretis non comprehenduntur scribentes, & mittentes litteras, quia loquuntur de alloquutibus. Attendenda autem sunt constitutiones particulares dioeceseum; nam in aliquibus locis adfit prohibitio sub excommunicatione, ut Neapoli.

1475 Comprehenduntur alloquentes de domo proxima, aut via publica. Vericelli cit. n. 20. & Donat. cit. 15. quia allocutio est principale, quod prohibetur; accessorius est accessorius. Et contra Dian. p. 3. tract. 2. ref. 48. Pelliz. de Monial. c. 5. sect. 5. qu. 14. n. 214. & alios qui negant, quia poena non debet extendi ad non expressa.

1476 Comprehenduntur alloquentes cum Novitiis, aut puellis educandis, in Monasterio detentis, ut constat ex verbis Decreti, quod non solum exprimit Moniales, sed etiam Sacerdotes, aut quamlibet etiam personam intra Clausuram degentem.

1477 Non comprehenduntur allocationem cum Abbatissa, tenet Vericelli cit. 8. q. 66. no. 25. Dian. 3. p. tract. 2. resol. 48. no. 3. & alii contra Merollam; quia in odiosis, nomine Monachorum non venit Abbatissa, sicut nomine Monachorum in odiosis non venit Abbas. Glois. in c. fin. de simon. Panorm. Donat. p. 1. r. 6. q. 19. n. 1.

Verum tamen est, quod Alex. VII. in Const. Sacrosancti prohibuit hujusmodi allocationem cum Abbatissa Urbis Romae.

1478 Non incurere in poenas pauperes publicos quattuor pro elemosyna sine dolo accedentes, docet Donat. rom. 3. r. 6. q. 25. quia adest tacta licentia, publicus actus virtutis, utilis, & gravis.

1479 Non incurere socium Religiosi habentis licentiam, docent Vericelli cit. n. 27. cum Pelliz. Peyr. & aliis; contra Delbene; quia par est ratio de connexis, & durum est illum, mutum admittere: ita illi.

1480 Denique pro plena hujus materia notitia, Pelliz. de Monial. cap. 10. sect. 3. nu. 277. habet:

Addo, quod cum Diana par. 3. tract. 2. ref. 104. & ante illum Peyr. 10. 2. privil. Const.

6. Pri. V. num. 35. aliqui docti recentiores putent, Religiosum non subjacere poenis latis contra Regulares ad Monasteria Monialium accedentes sine licentia, si alicui Moniali declaret casum aliquem conscientiae; cum talis locutio speciem habeat pae exhortationis, & aliquo effecti imis prohibitionis in particulari, juxta ea, quae habet Diana par. 5. tract. 14. ref. 95. si velit consequenter philosophari, concedere debent, Ordinarium posse mittere Religiosum ad aliquod Monasterium Monialium causa illi exercendi aliquid opus pietatis (ver-

gr. ad componendam aliquam seditionem exortam inter Moniales, ad consolendam Monialem gravissima tristitia affectam, ad consulendum in re gravi concernente bonum Monasterii, & ad alios similes effectus;) in his quippe procedit eadem ratio, quae in casu a praefatis Doctoribus concesso. Nec obstant, quod S. Congr. in Decreto jussu Sixti V. edito anno 1590. expresse statuit, nulli Religioso cujuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, ac dignitatis (exceptis Superiore, & Visitatoribus respectu Monialium subiectarum, necnon Confessorum tam Ordinario, quam Extraordinario) licere absque licentia expressa ejusdem S. Congr. accedere ad Monasteria quarumcumque Monialium ad colloquendum, sive tractandum cum eis; quod dem Sacra Congregatio per hoc non excludit casum pietatis, & charitatis, qui regulariter non praesumitur comprehensus sub generali prohibitione, juxta regulam.

Non remanet sub generali prohibitione, quia quae non est verisimiliter prohibita, seu specie experientiae: solum excludit casum, in quo Religiosus velit accedere ad Moniales titulo urbanitatis ad eas visitandas, v. gr. ad negotia secularia tractanda, & similia. Verum cavendum est, ne minus

relaxetur rigor juris Ecclesiastici, adeo stricto vetantis accessum ad Moniales, nimis, quae facili reddatur talis accessus, & hinc oriatur incommoda, quae ius intendit amovere per dictam prohibitionem, praeterquam quod accessus ad Moniales in praesenti casu quoad forum externum non ita facili potest justificari, adeoque sic accedens possit puniri ab Ordinario, qui inde possit graviter offendi, punireque taliter accedentem. Unde ex Diana par. 9. r. 7. ref.

54. fit quod, quamvis opinio Pyrrini superius allata admitti possit ut probabilis (pro qua ipse Diana citat Lezanam ver. Moniales n. 30. & Bord. rom. 1. ref. n. 82.) nihilominus in praxi non esset amplectenda, cum jura absolute vetent Regularibus accessum ad Moniales, non distinguendo inter collocactionem urbanitatis causae, aut pietatis, & lex absolute loquens absolute debeat intelligi, praeterquam quod sic elucida foris esset prohibitio accedendi ad Moniales facta Regularibus, quippe qui semper impune loqui possent cum Monialibus, dicendo le cum is locutus fuisset de rebus piis. Sec. sic Diana his verbis concludens:

Unde quidvis sit de hoc peccato, quoad forum internum, sane auctoritate dictorum virorum, Lezana, Pelliz, & Bord. ubi supra saltem in foro externo possent Episcopi d. d. Re-gulares punire tanquam Sedes Apostolicae delegati, unde abstinent ab his collocactionibus.

Alia de Monialibus reperies in propriis locis. De Praecepto tom. 1. pag. 29. De Officio divino pag. 51. De Officio Defundorum, Litanis, &c. a pag. 54. ad 56. De Alienatione bonorum & dotis, pag. 94. De Largitione munerum; a pag. 195. ad 107. De Paupertate Religiosa, peccullo, & vita coenobii a pag. 108. ad 119. De Obedientia in Praecepto, De Praeceptis, & Regula Clarissimum in Praecepto Jesum. De Violatione Clausurae, & casibus relevatis, in Sacram. Penitentiae. De quodam casu Communionis, in tom. 3. n. 184.

Denique de Monialibus, agunt fuses, & plene Donat. rom. 3. & Pelliz. ambo per totum.

MONASTERIUM VIRORUM

1481 Quoad loca Clausurae, ingredi prohibentur sub excommunicatione reservata Papae, mulieres omnes cujusvis conditionis, etiam Marchionissae, Comitissae, &c. etiam sine pretium privilegiorum, ut iuse infra de casibus relevatis.

1482 Excipiuntur Reginae, Imperatrices, Principissae absolute, & carum filiae; Dona-

1482 *con. tom. 1. part. 2. tr. 4. quæst. 9.* quia in odiosis non comprehenduntur nomine mulierum. Et Bullæ prohibentes, exprimit Marchionifas, Comitissas, &c. minime Regina &c. Unifas ingredi possunt abque licentia Monasteria tam virorum, quam mulierum, cum honesta familia; quæ in ingressu Monasterii Monialium non fit virorum, sed mulierum.

1483 Fundatrices non possunt ingredi Monasteria virorum, nec Monialium. Rodriq. in comp. res. 27. n. 2. Donatus cit. q. 10. & tom. 3. tr. 5. q. 13. Contra Ferdinandum à Castro, & Gibal.

Quia Bulla Pii V. comprehendit mulieres omnes, cuiusvis generis, & speciei: Solam possunt ingredi Monasteria Minimorum, ex priv. speciali, & decl. Greg. XIII. qui declaravit, Bullam Pii V. non derogasse dicto privilegio Minimorum; & non inde potest ad alioquod Monasteria extendi, quia (ut bene advertit Donatus) Greg. id dixit declarando non indulgendo; unde quoad aliorum Monasteria, non derogavit motui Pii V. qui absolute prohibet.

1484 Non comprehenduntur in prohibitionem puellæ ante usum rationis, putâ ante septennium. Nec pater pueri quoad Monasteria Monialium. Donatus cit. q. 7. Quoad pueros in Monasteriis Monialium, attendenda sunt edicta Episcoporum, quia solent prohiberi.

Introducentes, qui admittentes mulieres factas, incurrit pœnas Pii V. nempe suspensionem à divinis, privationem officiorum quia illæ possunt esse materia peccandi.

1485 Clausura monasterii, sunt septa exteriora, intra quæ sunt loca, ad quæ non est accessus communis utriusque sexui. Unde, loca clausurae sã sunt, quæ intra septa, seu ambitum Monasterii existunt, & una clausura clauduntur. Donatus cit. q. 11.

1486 Hinc mulieres non possunt ingredi hortos, si sint intra Monasterii septa, quia sunt pars Monasterii. Possunt vero, si sint distantes, aut contigui septis Monasterii, & ad eos fiat accessus, non transiundo per septa, sed extra, in quantum patet aditus extra.

1487 Possunt ingredi Sacrificia, si fit Ecclesia conjuncta, unico solum pariete medio divisa, & ad eam non fiat accessus per loca clausuræ, sed per Ecclesiam, aut per Chorum; quia est pars, & officina Ecclesie. Secus si ad eam pervenire non possint, nisi per Claustrum, & loca clausuræ. Donatus cit. q. 12.

1488 Possunt ingredi Claustrum, quando in eis Missa, Festa, aut divina Officia celebrantur. Item quando Processiones sunt, Donatus cit. q. 3. Matthæucci *ver. conventus*, Mendo in *Epit. ver. Monasterium*. Rodri. in comp. res. 27. ex viva vocis oraculo Pii V. apud Donatum cit. qui tuse probat, non esse revocatum: Cui accedit praxis, & consuetudo. Verum tamen est (ut advertit Rodri.) quoddam processio non debet fieri in fraudem legis.

1489 In aliquibus Monasteriis, ultra Claustrum interius, situm est aliud exterius, cum duobus januis, una ad publicam viam extra Monasterium, alia ad Ecclesiam, per quam ingredi solent mulieres, & recto tramite ad Ecclesiam accedere; hoc non habet rationem Clausuræ.

1490 Ex Decr. S. Cong. Episc. & Regul. 4. Octobris 1688. tunc Conventus formatus reputatur, ut non possint sine censuram & pœnam incursum ingredi, aut admitti mulieres, quando ibi adest Superior localis, putâ Guardianus cum familia, etiam si locus non sit plene muris, sepihus, aut fossatis circumdatus. Idem disponitur de sylvis circumguis, in quibus solent fratres deambulare. Secus de sylvis, quæ ad signa inserviunt, & in quibus fratres non solent ordinari deambulare. Nec quando Conventus est in feri, ita ut solum ibi commorentur duo, aut tres fratres pro cura fabricæ; tunc non violatur Clausura, si mulieres admittantur in cellis ubi fratres morantur: sed fratres sunt puniendi, & privandi, ut supra. Denique idem Decretum disponit, quod ubi adest consuetudo, quod mulieres inserviant fabricæ pro manualibus, ferendo calces, lapides, &c. etiam si Superior localis cum familia adsit, dictæ mulieres ingredientes, pro servitio fabricæ, Monasterii partes, non incurrant censuram, dummodo non accedant ad partes, ubi fratres habitant, dormiunt, & comedunt.

MONASTERIUM MONIALIUM

1491 **Q**uoad Claustrum ingredi prohibentur sub censuris, & pœnis tam viri, quam mulieres excedentes septennium; & infra de casibus reservatis.

1492 Non potest Ordinarius licentiam Monasterium ingrediendi concedere matri, forori, &c. causa visitandi filiam, aut sororem Monialem infirmam, etiam in articulo mortis, nec in habitus susceptione, aut professione.

1493 Potest Ordinarius licentiam mulieri nuptæ, maxime nobili, concedere, ut in Monasterium se recipiat securitatis causa, si ur-

urget rationale periculum mortis à marito inferendæ, & alibi tuta non fit: curare tamen debet, ut quam citius fieri potest, exeat, Pelliz. de Monal. cap. 5. n. 110.

1494 Potest Ordinarius licentiam ingrediendi exteris concedere ex causa rationabili, & necessaria. Necessitas sufficit, quod sit moralis; & tunc habetur, quando opus excedendam concernit moralem Monasterii, aut particularis Monialis necessitatem, quæ non potest commode per moniales exerceri, Donatus *tom. 3. tr. 5. q. 12. n. 16.*

Quæ licentia debet esse expressa, & in scriptis, ut exprimit Trid. *sess. 25. de Regul. cap. 5.* Idque etiam pro foro conscientie, Pelliz. de Monal. cap. 3. n. 158. contra plures apud ipsum, qui tenent, licentiam in scriptis requiri solum pro foro externo.

1495 Hinc de licentia expressa Ordinarii ingredi possunt Medici, Chirurgi, Confessarii, Architecti, Muratores, Fabri, Bajuli, Hortulani, Molitores, & similes. His, & Confessariis Ordinarii licentia dari solet generalis ad semestre, trimestre, aut ad mensem; quo elapso, renovari debet. Prædicti licentia, si ingrediuntur pro libito extra causam necessitatis, incurrit pœnas ex Const. Greg. XIII. v. n. 1504.

1496 Medicus non potest ingredi cum praticis, nec cum alio Medico, nisi pro causa consultationis in casu gravis infirmitatis, & ex speciali pro illis licentia. Et debet accedere associatus duabus Monialibus maturis, & probis.

1497 Bajuli ingredi possunt ad ferendas res magni ponderis alicujus persone gravis extere, Monasterio tamen benemeritæ, juxta prædictis Superioris arbitrium, ut ibi depositæ conserventur pro securitate, & custodia. Quas res ferre possunt tam bajuli ordinarii virtute licentie generalis, illa durante, vel alii de speciali licentia.

1498 Si licentia non individuet bajulos, sed absolute concedat Monialibus, ut necessaria suis usibus faciant deferri per bajulos, possunt Moniales variare, si velint, aut semper silem uti; nam cum gratia non distinguat personas, nec nos distinguere debemus, Pelliz. v. n. 123.

1499 Si bajulus licentiatu sit nominatus, tunc, si infirmetur, requiritur specialis licentia pro alio.

1500 At si eo infirmo, aut insufficiente, casus urgeat: v. gr. quod fit introducendum frumentum, ductor curru, aut equis ducentis rationaliter morari non possit, sed statim recedere debeat; non possit utiliter differri

delatio; nec expectari accessus pro licentia novi bajuli, aut pro eodem ductore. Pelliz. *cit. num. 125.* vult; quod non possit ulli substitui virtute epicheire, sed quod fit expectanda licentia; quia jura licentiam expressam, & in scriptis exposcunt: In his autem casibus urgentibus potest habere locum consuetudo.

1501 Sentores licentarii posse ad ingrediendum, tunc Donat. *cit. q. 25. n. 15.* cum Bonnac. quia Moniales nequeunt pannum commode adaptare, & forcipibus uti, nec vestium mensuram sumere, si sartores non ingrediantur. Idem docet de Carpentariis, 16. At non posse, dico cum Pelliz. *cit. num. 122.* Maxime loquendo de Carpentariis; quia commode mensuram calcamentum sumere possunt ex alio calcamento, aut in janua interiori aperta: Sic factores; at si in aliquo casu factores non valeant hoc pacto vestes adaptare, remittendum est Superioris judicio, qui si necessitatem dignoscit, utique potest licentiam concedere.

1502 Licentarii potest Oeconomus Monasterii ad referendam in Archivio scripturam quæ à Monialibus reperiri non potest.

1503 Item Notarius cum testibus ad stipulandum testamentum Novitæ infirmæ. 1504 Licentarii possunt foremiz timorata conscientie ad servendum infirmis, aut decipitis, si Converse sint insufficientes; Donatus *cit. quæst. 29.* & Pelliz. *cit. num. 138.* cum pluribus, quia tunc sumus in casu necessitatis; quia non debent Moniales diu desistere à Choro. Et Tridentin. *sess. 25. cap. 5.* absolute loquitur: in casibus necessitatis. Et ibi poterunt permanere, usquequo sufficienter Converse. Non posse autem ab Episcopo licentiarum, si Converse sint sufficientes, quia Episcopus licentiam dare non potest, nisi in casibus necessitatibus.

1505 Fœminæ seculares admitti non possunt pro famulatu particularium Monialium extra casus necessitatis, sine S. Congr. licentia. Fœminæ servientes cum licentia admittæ, debent servare Claustrum; quod si semel egrediuntur, non possunt admitti.

1506 Licentiam concedere ingrediendi Monasteria exempta, seu Regularibus subjeçta in casibus necessitatibus, non spectat ad Superiores Regulares privative quoad Episcopos; sed cumulativè. S. Congr. 13. Nov. 1610. Superior Regularis debet esse inscribere post Episcopum S. Congr. 16. Febr. 1617. Et nihil debet addere, aut variare, Matthæucci *tom. 1. verif. Claustrum Monialium n. 26.*

1507 Possunt intra Monasteria admitti puellæ educandæ, quàmvis earum ingressus non ordinetur ad finem Monachatum suscipiendi. Sex autem sunt servandæ conditiones. 1. Ut id fiat de licentia in scriptis Ordinarii, qui respectu non exemptarum est Episcopus; respectu exemptarum Superior Regularis. 2. Ut fiat de consensu Superioris, & Monachali, capitulariter præstito. 3. Ut eo vestitu incedant, qui virginali pudicitia, & modestia convenit. 4. Ut nullam secum famulam ducant. 5. Ut eo tempore eandem servant Clausuram, quam Moniales, itant si semel exierint, non possunt redire. 6. Ut non ingrediantur minores septem annis, nec ibi morentur supra annos 25. suæ ætatis. Quo elapso tempore, si non eligat statum Monachatus, aut non exeat, Ordinarius debet ei præscribere tempus ad deliberandum; quo elapso, licet non incurrat censuras, cum jura de hoc casu minime loquantur, peccat mortaliter, si habitum non suscipiat, aut exeat.

Hæ sex conditiones præscribuntur à Saer. Congr. 21. Augusti 1575. pro Monasteriis, in quibus ex consuetudine aut designatione solent admitti educandæ.

1508 In aliis autem Monasteriis, ultra licentiam Ordinarii, requiritur etiam S. Congr. Episc. & Regul. licentia. Ex Decr. S. Congr. 27. Maji 1603. Pelliz. *cit. c. 5. n. 176.*

1509 Ultrius alia dux requirit solent conditiones. Ut pro dietis puellis quolibet semestri alimenta anticipatè solvantur. 2. Ut habitent in loco separato à Monialium dormitorio.

1510 Requiritur licentia S. Congr. ad conjugatas recipiendas, nisi in casu raro, ut in n. 1493. Item ad recipiendas viduas, nisi illæ ingrediuntur ad Monachatum suscipiendum, Donat. *rem. 2. n. 5. q. 28.*

1511 In licentia, quæ solent à Papa concedi feminis nobilibus ingrediendi Monialium Monasteria, plures solent conditiones præscribi, quæ sunt omnino legendæ & observandæ.

Inter alias est, ut ingrediatur associata à tribus matronis, quas semel electas variare, & mutare non possit, nisi alicujus earum obitu eveniente; & quod Monasteria ingrediatur pro tribus vicibus in totum, non autem eorum singula quolibet anno.

Hinc fit. 1. Ut non possit tribus vicibus singula Monasteria ingredi, sed solum tribus vicibus in totum. 2. Ut non possit ingredi cum duabus matronis, quia tres sunt præfixæ ad ejusdem custodiam, & conditio se habet, ut forma Brevis. 3. Ut eas electas, non possit ad libitum mutare.

Quod si aliqua infirmetur, sit absens, aut sine fraude recuset, tunc Pelliz. de *Monial. c. 5. n. 137.* cum Peyre, & aliis patet, quod aliam substituire possit, quia gratia est favorabilis, unde prohibere videtur mutationem sociarum voluntariam, minime necessariam, eo maxime, quia ea proprie non dicitur mutatio, sed supplemento; ita ille.

1512 Moniales non possunt malefactorem fugientem intra Clausuram admittere; quia rigor Clausuræ prævalet privilegio immunitatis.

Quod si casu janua aperta, ipse ingrediatur, tunc possunt satellites de licentia Ordinarii illum nolentem cogere, ut exeat. Imò si Superior longe absit, iusticiarius Abbatissæ, & discretarum; quia mora hujusmodi malefactorum est periculosa, & timori sacris Sponsis Christi. Hic tamen vi extractis reponendus est in loco sacro, ut immunitate gaudeat, si non sit delinquens super criminibus exceptis; quia remotus fuit e loco sacro, & immuni.

Idem sciendum est, & servandum, si ad aliquam Monialium Ecclesiam confugiat. Pelliz. de *Monial. c. 1. n. 131. ad 134.*

1513 Eodem modo est respectivè discurrendum de ingressu quoad expellendos fures exire nolentes, & in similibus casibus necessitatibus, & attendendum est, an periculum sit in mora.

E G R E D I

1514 **E** Clausura non possunt Moniales professe sub excommunicatione reservata Papa, de qua infra de casibus reservatis.

1515 Dantur autem à jure causæ necessitatibus egrediendum. Tales sunt epidemia, lepra, pestis, incendium, bellum, inundatio, ruina domus, & similes. Causæ epidemice, lepræ, pestis, debent esse omnino per ipsos Superiores, maxime per Ordinarios, locorum, in scriptis approbatæ. Hic veniunt infirmitates contagiosæ, malum Monasterio, aut majori parti minantes.

1516 Incendium debet esse magnum, ita ut Moniales illud extinguere non possint.

1517 In causis incendi, belli, inundationis, &c. expectari debet Superioris licentia, & judicium; ipse namque debet prius sua & peritorum prudentia judicare, an causa sit gravis periculi, & necessitatibus, & potestatem decernere, & providere necessitati simul, ac securitati. Quod si tempus non suppetat, sed periculum sit in mora, tunc est necessarius Superioris, & discretarum

tarum consensus, Mendo *ver. Moniales n. 15. Pelliz. de Mon. cap. 5. sect. 2. Melphi in Comp. c. 11. stat. 7.*

1518 De exitu Monialis ad fundandum, aut reformandum Monasterium, ad archierem Religionem, ratione incorrigibilitatis, &c. agunt Pelliz. *c. 46. ad 56. & cap. 3. à num. 15. ad 21. & Melphi cit.*

CAPUT VI.

DE RELIQUIIS.

1519 **R**eliquie insignes sunt Caput, Crus, Brachium, aut illa pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodo integra sit, & non parva, legitime ab Ordinariis approbatæ, Urb. VIII. in *princ. Breviarii*; unde auricula, digitus, &c. velles Sanctorum, &c. non sunt Reliquie insignes.

1520 In Ecclesia, ubi est Reliquia insignis, fieri potest Officium de eo Sancto. 1521 Mortale, & sacrilegium committitur, qui Reliquiam furatur, etiam devotiois prætextu, Com. quia devotio non dat jus ad nocendum, aut inferendum injuriam alteri. Donatus *rom. 1. p. 2. n. 14. q. 56. n. 5.*

1522 Parvitas materiæ à mortali excusabit, si tria simul concurrant. 1. Si sit pars minima. 2. Si in Ecclesia illa sint aliæ ejusdem Sancti partes. 3. Si non sit Reliquia rara. Ob cuius conditionis defectum, mortale erit furtum minimæ parti Sanctæ Spinæ, aut Crucis. Diana *p. 5. ref. 35.* quia minima pars talis Reliquie, ratione raritatis censetur venabilis. Et alias daretur aditus, ut per plura venabilis. Et alia possit spoliari Ecclesia insigni, & rara Reliquia, qualis est Crux, & Sancta Spina.

1523 Non peccat laicus, si reverenter Reliquiam tangat; liquet ex usu fidelium, qui Reliquias ad collum appensas deferre solent, Bonac. *disp. 8. de leg. q. 1. punct. 4. n. 7.*

1524 Et quamvis irreverentia sit, cum Reliquia, aut Agno Dei fornicari; non est ratio talis, ut speciem sacrilegii contrahat, Bonac. *p. 4. de Reliq. n. 8. Bord. ref. 117. num. 34.* quia non violatur locus sacer, aut persona sacra, nec Sacramentum; & Reliquia solum materialiter, seu concomitanter, & per accidens se habet ad fornicationem: *n. n. 1533.*

1525 Reliquias repertas Sanctorum jam canonizatorum recognoscere, & approbare, spectat ad solos Episcopos de Theologorum, & aliorum piorum virorum consilio, antequam adorationi exponantur. Concil. Trid. *sess. 25. in princ. c. de Reliq. & Vener. Sanct.*

Consilium Theologorum est tantum contraxum

Examen Ecclesiæ.

fulvium, unde potest Episcopus contra illud decidere; attendere tamen tunc debet, ut proprium iudicium sit rationalibus, & firmis. Quod si non valet se resolvere, sed fit in dubio; recurrendum est ad Metropolitanum in Concilio Provinciali, & tunc Episcopi Concilii habent votum decisivum, quia sunt collegæ in exercitio Concilii, & à Concilio decilio petitur, non consilium. Requiritur autem major frustragorum pars.

1526 Ad probandum & decidendum identitatem Reliquiarum, non requiritur evidentia, & certitudo physica; alias neque miracula pro canonizatione Sanctorum possent probari, quia quolibet miraculo posito, semper est intellectus, aliquid invenire, quod possit opponere, & locum dubitationis aperire, Diana *p. 1. n. 25. ref. 51. Ambr. Morales apud 1771.*

Sed sufficit certitudo præctica, seu moralis, ex rationibus probabilibus orta, animo prudentis moventibus ad verum, & pie credendum, ita esse, ita ut nihil sit, quod dedecet, aut contradicat. Constat ex verbis Concilii. *Que veritati & pietati constantia judicaverit.* Et ex *cap. Placuit de consec. distinct. 1.* ubi Reliquie illæ venerandæ dicuntur, quæ sunt certæ, hoc est, non evidentur, sed ex rationibus probabilibus, Et ille certus dicitur, qui probabiliter, non temere credit, Mald. & Sil. apud Dianam *cit.*

1527 Hoc præmissis, pluribus modis potest identitas Reliquiarum probari. Primo, Bullis Pontificis, aut instrumentis publicis, sive instrumentum sit consecrum per personam Ecclesiasticam, sive laicam; Notario namque fides datur, ob conditionem personæ publicæ & juratæ, ratione officii.

Secundo, probat scriptura authentica, subscripta scilicet à Superiore, & duobus testibus; vel quæ habet sigillum, & Superioris subscriptionem.

Scriptura non authentica, si sit antiqua, & apud Reliquias reperta, probat, Hostiensis *in cap. 2. de Reliq. & ex pluribus juribus apud Grass. p. 1. lib. 2. cap. 66. num. 19.* Quod est verum, si non agatur de præjudicio tertii; tunc namque scripturæ non creditur, nisi sit subseripta, & authentica, *c. Non à nobis, de testibus. Glossa ver. Subscriptione cap. 4. dist. 110. Grass. cit. num. 25.* Vel nisi ex approbatione Reliquie vi talis scripturæ, aliquid certo moraliter sequatur, quod veritati Reliquie contradicat.

1528 Tempus antiquum dicitur, quod est sexaginta annorum. Bord. ex pluribus ref. 113. num. 45.

Pariter probant. 3. Memoria hominum, & traditio, seu publica vox. 4. Lapis marmoreus, aut inscriptio nomen continens Sancti, ubi Religia reperitur. 5. Juramentum probi hominis. 6. Conditio loci Altaris; quia Altaria non consecrantur sine appositione Reliquiarum.

1529 Reliquiæ, & Imagines adorantur eodem cultu, quo personæ; quia illis solus cultus relativus competit. Com. ex dichis à n. 269. de alienatione; & translatione: v. n. 974. de venditione: v. n. 1205.

AGNI DEI

1530 Potius censendi sunt sacre Imagines, quam Reliquiæ; quia Christum Dominum mystice repræsentant. Clericatus c. 15. par. 25.

1531 Gregor. XIII. Const. 2. Omni certe studio, sub excommunicatione ipso facto incurrenda, non tamen reservata, prohibet: Ne quisquam Agnos Dei per Romanum Pontificem benedictus, depingere, minio notare, vel aurum, aut colorem superinducere, neque depingi, aut minari facere, nec illos venales proponere, seu tenere audeat.

1532 Unde non potest quis vendere Agnos Dei albos, ratione materiæ intrinsecæ. Azovius tom. 1. lib. 9. capit. 9. questio 5. ver. Quæres, contra Dianam par. 2. tract. 6. versut. 12. Bonac. Suarez, & alios apud ipsum. Ratio est, quia Gregor. non prohibet de Agnis Dei benedictis picturam, & venditionem simul tanquam conjunctam, sed tanquam duos actus distinctos, ut constat per particulam Nec. Solum factor, quod possit aliquid accipere ratione expensarum in asportatione facturum.

Dicit, ratione materiæ intrinsecæ; quia ratione materiæ extrinsecæ, auri, argenti, &c. qua solent aptari, & extrinsecæ ornari, vendi posse non est dubium.

533 Non est sacrilegium dare Amasæ Agnum Dei, aut Reliquiam, ex benevolentia, & gratitudine, licet sit irreverentia. Sacrilegium tamen est, si daretur in solutionem, ob injuriam rei factæ; nam res sacra fieret pretium turpilucrum: v. n. 1524.

1534 Laicus eos tangens, si absit contemptus, non peccat, ex usu.

1535 In eorum confessione interdicit sacra unctio; eorum autem materia, & virtutes his explicantur verbis:

Balsamon, & muada cera cum Chriftmaticis unda
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi max-
gnum.

Fonte velut natum, per Mystica sanctifica-
tur.

Fulgura desursum depellit, & omne mali-
gnum.

Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & an-
git.

Pregnants fertur simul, & partus libera-
tur.

Dona refert dignis, virtutem destruit ignis.

Portatus munde, de fluctibus eripit undæ.

CAPUT VII.

DE TENTATIONE DEI.

1536 Tentatio Dei, est dictum, vel factum, quo quis explorat, non Deus aliquam perfectionem habeat: est duplex, formalis una; & est, quando adest experta dubitas de aliqua perfectione, ut si quis de det præceptum è turri, ad experiendum, num Deus sit omnipotens, eum à latrone liberando, de quo dubitat, & hæc est mortalis; quia est gravis irreverentia, juxta illud dæmonis Christo: Si Filius Dei es, dic, ut lapides istos panes fiant. Implicata, & interpretativa alia; & est illa, cui præfata dubitatio dicit, & tunc habetur, quando quis, licet non intendat Deum tentare, petit tamen, vel agit, quod suapte natura eo referri videtur; ut si quis in gravi morbo media naturalia omittat, nempe medicinam, sperans, aut petens à solo Deo effectum. Hæc ut plurimum est venialis, ob imperfectionem actus, ignorantiam, inconsiderationem, aut parvitatem periculi; imo nullum peccatum, si iusta causa adsit, v. g. Dei in finibus, necessitas, pia utilitas: per accidens tamen potest esse mortalis ratione materiæ, si sit periculum gravis mali; ut si quis advertenter in puteum se projecerit ad ostendendam Dei erga se providentiam.

Bonac. tom. 2. pag. 255. Tamb. tom. 1. lib. 2. §. 2. Busemb. lib. 2. tr. 1. c. 2. dub. 1. Bertaldus 1. præcept. puncti. 3.

1537 De hæresi, fufe actum est in rom. 2. n. 258. à n. 289. ad 293. & à n. 281. ad 296.

DE

DE II. PRÆCEPTO
DECALOGI.

Non assumes nomen Dei tui in vanum.

CAPUT I.

DE BLASPHEMIA

Satis dictum est in rom. 2. à num. 210. ad 221.

1538 Facere dæmonium sanctum, licet in se sit blasphemia hæreticalis, in Regno tamen Sicilia, ob consuetudinem, non reputatur blasphemia hereticalis, sed simplex, ut in ro. 2. n. 215. Imo à viro dignissimo, & S. Inquirit. Ministro, æque perito, ac docto, audivi, idem per totam Italianam servari. Ex Declar. S. Inquis. Rom. de anno fere 1605.

1539 Et licet id sit regulariter verum, potest dari casus, quod etiam in nostris Regionibus censetur blasphemia hereticalis, ex admodum, & circumstantiis; puta si quis dicat esse sanctum, & sanctissimum; si non raro, sed cum frequentia, ad omnem animi motum, etiam levem, & si alias blasphemias, ac maledictiones hereticas annexat. His de causis in nostro Tribunali elapso anno 1701. fuit declarata suspensa de levi; & trium annorum exilio punita mulier in hujusmodi blasphemiam dæmonii sancti adestat prorumperere.

CONVITIUM,

340 Seu verbum contumeliosum in Deum, & Sanctos, semper est blasphemia, non sic in cæteras creaturas, nisi specialiter in eis Divina Bonitas reliceat, ut in celo, & terra.

1541 Hinc si sit contra ventrum, pluviam, locum, brutam, &c. est maledictio, & imprecatio, quæ non est in se mortalis, nisi fiat cum experta relatione ad Deum, aut cum deliberato desiderio damni proximi. Similiter de parentibus, & de aliis, quando filius, aut amicus mala imprecatur; quia regulariter id non solet procedere ex odio, sed ex impatientie impetu; peccant autem moraliter contra charitatem, si advertenter, & deliberate gravia illa mala desiderarent.

Mattrius in Theol. mor. disp. 11. q. 3. n. 40. Bonac. tom. 2. pag. 252. Joan. de la Cruz, pag. 15. Tamb. tom. 1. lib. 2. c. 6. §. 4. Busemb. lib. 3. tr. 2. c. 1. Enech. de blasphem. Bertaldus 1. præc.

CAPUT II.

DE JURAMENTO.

1542 Juramentum, est invocatio tacita, vel expressa divini Nominis, tanquam primo, & infallibilis veritatis, in testem alicujus rei. Differt à voto. 1. Quia Deum ut testem respicit, votum obiectum. 2. Quia votum non obligat, nisi fit de meliori bono; juramentum vero factum homini, obligat etiam si non fit de meliori bono, ratione fidelitatis: dicit: Factum homini; nam si erit juramentum promissionum factum Deo, sequitur naturam voti.

1543 Quando dicitur: Juro hoc me facturum, nil addenti, non est juramentum. Altorza ver. Juram. ex Villal. quia non habetur invocatio expressa, aut tacita divini Nominis. 1. Quia hoc verbum juro, est de indifferenti, & conjungi potest tam cum invocatione divini Nominis, quam cum invocatione alicujus creaturæ, in qua divina bonitas specialiter non relictur: ut juro per fidem hominis honorari &c. 2. Quia non habetur invocatio expressa Dei, ut constat: non est tacita, seu virtualis, qualis esset, si fieret per Sanctos, aut per creaturas, in quibus specialiter divina bonitas, seu veritas relictur; quoniam nil tale additur: corroborantur ex regulis juramenti.

1544 Quod est verum, nisi ex circumstantiis aliud intelligatur; nam si interrogatus sub vero juramento de veritate, ut dicas: Juro jam es determinatus ad juramentum.

1545 Non sunt juramenta, in mea conscientia, Per fidem meam, Per fidem Sacerdotis, Religiosi, hominis honorari, Mendo vero Juram. quia non habetur respectus ad divinum testimonium, sed ad fidem humanam, & ad fidem, quæ præstari debet Sacerdoti, Religioso, Nobili, &c. Pariter, In veritate ita est: ex vi sermonis non est juramentum, nisi intendatur prima veritas.

1546 Eadem ratione non sunt juramenta, Sim infans, Anputetur mihi nasus, si memor. Gobat. tom. 3. de jur. n. 489.

1547 Sacerdos jurans coram Judice tacto pectore Sacerdotali, præstat verum juramentum; quia ex communi acceptatione, & usu, hæc forma jurandi excipitur à iudice cum respectu ad primam veritatem, ut testem.

1548 Dicere: Demos sit dominus anime mee; Me nupat; Virus non discedam hinc, si memior; sunt vera juramenta execratoria.

L 4 Non

1549 Non sunt juramenta *Giuro a Dio, per Dio, per vita mia, &c. che me f' ha da pagare, Allozza, & Mendo cit.* quia nec dicuntur animo jurandi, nec accipiuntur ut juramenta, etiam a mulieribus; sed sunt quidam modi comminandi & loquendi ad excandescendum alteri exprimentam, & indignationem.

Hujusmodi saepe sunt juramenta mulierularum verberandi filios. Imo verum juramentum mortale non erit, si fiat ex vehementi ira, aut passione, ut jurans non plene advertat.

1550 At si dicas: *Per vitam meam*, non imprecando, sed enunciando aliquid esse verum, vel falsum; est juramentum, non minus quam quando enunciatur, *Per animam*. Pariter juramenta sunt, *Coram Deo, quia non mentior, Deus scit me dicere verum*.

1551 Hoc autem: *Deus scit meam conscientiam, si dico verum, si mentior*, non est juramentum; quia est propositio equivoca, & semper servat veritatem, sive id, quod dicit, sit verum, sive falsum.

Imo dicere: *Testis est mihi Deus, Deus scit, quod dico*, est enunciativa tantum dicantur, ita ut solum intendas enunciare, quod Deus videt, non sunt juramenta: bene vero, si invocative, ut intendas Deum in testem tui dicti invocare. *Alarius pag. 310. n. 14.*

1552 Nec est juramentum ex vi sermonis: *Tanti Angeli vengano all' anima mia, quante doppie avete voi*, nisi dicatur cum animo jurandi, quia non habetur respectus ad divinum testimonium, sed est modus loquendi, quo exagere solet quantitas pecuniae alterius.

1553 Hoc verbum: *Par Deus*, quo solet idiotae in Sicilia uti, non est juramentum; quia non intenditur invocari Deus, sed est verbum assumi solum ad propriam passionem exaggerandam. Imo plures id proferunt magniliter tanquam plittaci, nescientes, quid significat.

1554 Non est juramentum jurare per creaturas, in quibus nil divine bonitatis specialiter recludet, ut si dicas: *Juro per hanc barbam, per hanc vestem, &c.* quia non consentur adduci cum relatione ad Deum. Est autem juramentum, cum quis jurat per creaturas, in quibus Deus, aut eius bonitas specialiter elucet, nempe per Sanctos, per sacramenta, per scutum, & terram, animam, &c. quia tunc intelligitur ejus creator, inhabitator, &c.

1555 Jurare per creaturas ordinarias, est juramentum, si adducatur in obliquo Deus, v. g. *Juro per hanc panem Dei*; vel si intendat adducere Deum in testem.

1556 Quando quis ex industria unum digitum supra alium apponit, sed veram Crucem non efformans, dicit: *Juro per hanc Crucem* non est juramentum; quia non absolute per Crucem, sed per Crucem tunc efformatam, quae revera efformata non est.

1557 Dicere: *Sicut Deus est verus, Sicut verum est Evangelium, &c. ita hoc est verum*: Si intentio sit adducere divinam veritatem in testem, & insuper comparare humanam veritatem cum divina, ut illa sit tanta, quanta divina, est juramentum, & blasphemia. Si intentio sit adducere divinam veritatem in testem, at non comparare, bene vero aliquiliter veritatem humanam divinæ assimilare, hyperbolice loquendo, (ut communiter profertur,) est juramentum, sed non blasphemia. Denique si intentio sit aliquiliter assimilare, non adducere divinam veritatem in testem, sed solum enunciativè proferte, nec juramentum erit, nec blasphemia.

JURAMENTI DIVISIO.

1558 **D**ividitur 1. in Assertivum: *Quo aliquid affirmatur, vel negatur*. 2. Promissivum: *Quo aliquid promittitur*. 3. Constativum: *Quo Deus simpliciter ut testis invocatur*. 4. Execratorium, seu imprecatorium: *Quo Deus non solum invocatur, ut testis, sed ut sibi, vel suis vindex, nisi sua dicta veritati correspondeat, ut, Si hoc non fecero, vel si non est verum, tollat me Deus subitanea morte: & Comminatorium. Quo quis alicui promittit malum pane: v. g. Per Deum te verberabo: in quodam sunt malitiae specie distincta in confessione explicandae, una contra charitatem, qua vult alteri malum; altera contra reverentiam, quia ad illud abutitur auctoritate Dei, quia malum abhorret.*

JURAMENTI COMITES.

1559 **U**T licite fiat, requiruntur tres comites, seu conditiones: *Veritas, & iustitia, & in iudicio, & in iustitia*. Veritas consistit in hoc, quod res sit vera, aut ex gravitatione, vel bona fide putetur vera. Iudicium, ut scilicet juramentum non fiat sine necessitate, gravi causa, aut utilitate, sed cum prudentia. Iustitia exposcit, ut quod juratur, sit res licita, & honesta. Si desit veritas, est peccatum mortale, & dicitur perjurium; perjurium enim est *juramentum, cui desit veritas*. Si desit iudicium, regulariter est veniale. Si desit iustitia, erit grave, vel leve, juxta gravitatem, vel levitatem materiae. Contra primam conditionem non potest dari parvitas materiae, quia veritas consistit in indivisibili: bene vero contra secundam, & ter-

tiam: v. in pag. 4. prop. 24. ab Innocent. XI. damn.

1560 In juramento promissorio, in intentione non datur parvitas materiae, datur tamen in executione; hinc si jurans non adimplere non adimplendi, quod promittit, vel non promittendi, vel jure impossibile aut quod credit se facere non posse, peccat mortaliter ex defectu veritatis, seu animi adimplendi; quae est gravis irreverentia in Deum; si vero in executione ex somma, quam promittit, parum detrahit, non peccat mortaliter; v. in pag. 4. prop. 25. ab Innocent. XI. damn. v. a. n. 1605.

1561 Qui vover, jurat, aut contrahit matrimonium cum animo non se obligandi ad votum, juramentum, aut ad aliquod ex tribus bonis matrimonii, peccat; sed votum, juramentum, aut matrimonium est invalidum, qui vero vover, jurat, aut contrahit matrimonium cum animo non exequendi votum, juramentum, aut tria bona matrimonii, sed impediendi v. g. prolem, peccat, sed valide vover jurat, aut contrahit. Ratio est, quia primus animus respicit actum primum, & substantiam voti, juramenti, & matrimonii, secundus vero actum secundum, qui accidit actui primo.

1562 Ad jurandum extra iudicium sufficit usus rationis, & aetas sufficiens ad merendum, & peccandum.

1563 Juramentum potest per procuratorem praestari, nisi aliud jure aut consuetudine provium sit: hinc non admittitur procurator ad testificandum. Non sufficit auctor generale, sed requiritur speciale mandatum, quia debet procuratori constare, quod dominus rem pro certa habeat, aut quod ex animo promittat, alioquin peccabit, & dominus manebit obligatus, minime ex juramento, sed ex contractu ob facultatem generalem ad contrahendum, si contractus sit validus.

1564 Consuetus saepe jurare cum veritate non peccat mortaliter.

Consuetus vero jurare saepe verum, saepe falsum, sine advertentia, an sit verum, vel falsum, peccare mortaliter, & esse in statu peccati mortalis, nimis rigide tenent plures. Inconvenit enim & omnino certa est regula, ad peccatum actuale mortale requirit, ut actus sit voluntarius, adeoque cum plena advertentia, & libertate.

Hic igitur non peccat mortaliter, Alarius n. 24. tenetur tamen sub mortali fugere occasionem proximam, puta ludum, aut familiaritatem ejus, qui est ei occasio saepe saepius pejerandi.

Peccat autem mortaliter, qui advertenter jurat, si nullam rationem habeat ad id, quod

jurat, sit ne verum, aut falsum; quia periculo pejerandi se exponit.

1565 Juramentum non adimplere in re gravi, est veniale.

Qui juravit recitare singulis diebus unum Ave, & in fine anni nullum recitavit, non peccat mortaliter: qui vero juravit dare pauperibus singulis diebus unum obolum, in fine anni, si nullum dedit, peccat mortaliter; quia priores materiae non coalescunt, bene vero posteriores; patet de eo, qui singulis diebus omittit materiam parvam Officii de praeco, & de eo qui singulis diebus unum furatur obolum. Idem dicit de voto.

1566 Paganus jurans parvas fallos Deos peccat mortaliter; non quia sit verum juramentum, cum non sit invocatio divini Numinis; sed in sui existimatione, quia putat esse verum juramentum. Sicut ex conscientia erronea peccat, qui violat praecceptum, quod putat habere, licet revera non extet. Si autem postea Paganus cognoscit, suos Deos esse fallos, non tenetur amplius ad juramentum, quia revera nullum fuit, sed solum tenetur stare promissa ex fidelitate.

1567 Hinc peccat mortaliter, qui sine necessitate inducit Paganum ad jurandum per fallos Deos, ut cooperator ad actum Religionis indebitum, si quod juratur, est verum: insuper ad perjurium, si quod juratur, sit falsum. Non peccat, si cum necessitate, & legitima causa. *Alarius ver. juram. Ant. à Spir. S. tom. 1.*

1568 Pari ratione, peccas mortaliter, si inducis alium ad jurandum falsum, quod ille putat esse verum, ob irreverentiam, quam tu praestas Deo, quem revera invocare facis ut testem falsi, licet ille à peccato formali excusetur ob bonam fidem.

Q U E R E S,

1569 *An liceat exigere juramentum ab eo, quem scis certo esse pejeraturum, vel juraturum per fallos Deos?*

1570 **C**ertum est, 1. Nemini licere inducere alium ad falso jurandum, vel ad jurandum per fallos Deos, quia cum sint actus ab intrinseco mali, nulla ratione cohoerent potest eorum petio.

1571 Certum est, 2. Non esse mortale, neque veniale, iusta existente causa, exigere juramentum ab eo, quem tibi non constat esse falso juraturum, aut per fallos Deos: quia in dubio, delictum de nemine est praesumendum; alias nunquam liceret.

1572 Certum esse debet, 3. Non esse licitum sed mortale, exigere juramentum ab eo, quem certo scis esse pejeraturum, aut per fallos Deos juraturum, si nulla extet legitima causa, sive ille non sit paratus, sive paratus ju-

rare, quia quilibet tenetur ex charitate, proximi peccatum vitare, si abique suo incommodo possit, ut de cooperatione.

Difficultas igitur est, necessitate, seu legitima causa exsistente. 1573 Elle tunc licitum, si in iudicio, si extra, docent Tamb. tom. 1. lib. 2. cap. 1. §. 4. Ant. a Spir. Sanct. & Doctores communiter apud illos; quid iusta causa excuset a culpa, quando expulsum opus ex se iudicetur, licet fiat illud opus cum peccato esse intendens; & peccatum tribuitur ipsi juranti, qui potest illud non facere, quodque ipse petens non tenetur impedire cum suo detrimento.

1574 Iustam causam dicunt esse in iudice, si exigat ratione officii: ista persona privata, si exigat ratione sui iuris tuendi, vel exposcendi, fraudes detegendi, pacta firmandi, aut ex alia honesta causa, & in Principe ratione fœderis firmandi. Ita docent Doctores communiter.

1575 Te tamen non pigeat legere, quæ D. Aug. tom. 10. ser. 2. de Decollat. S. Jo. Bapt. scripti: Audi quod loquitur Augustinum: Scribite in cordibus vestris, quod dico: ille autem, qui hominem provocavit ad iuramentum, & scit eum falsum esse iuramentum, vincit homicidam, quia homicida cor- pus occisum est, ille animam, imò duas animas. Scis verum esse, quod dicis, & falsum esse, quod ille dicit, & jurare com- pellis? Ecce jurat, ecce peccat, ecce pe- rit: tu quid invenisti? Imò quia & tu peris- si, qui de illius morte te fatiare voluisti. Aliquid dicam, quod nunquam dixi chari- tati vestrae in hoc populo, quod contigit in hac Ecclesia. Fuit hic homo quidam sim- plex, innocens, bene fidelis, à multis ve- strum, id est, Hipponensibus, imò ab omni- bus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Tutuslymeni quis vestrum non novit, qui estis civis? ubi illo audivi, quod dico. Nec scio quis negavit ei, vel quod ei debebat, & hominis fidei se commisit. Commorus provocavit eum ad iuramentum, juravit ille, ille perdidit; sed isto perdense, ille penitus perit. Dicebat ergo ille Tutusly- meni homo gravis, & fidelis, ipsa nocte le exhibuit fuisse ad iudicem, & cum ma- gno impetu, atque terrore se pervenisse ad præsentem excelsum quemdam, & admi- rabilem virum, cui parabat Officium simi- lites excelsum, iustum fuisse peruratum retro revocari, & interrogatum fuisse his verbis: Quare provocasti hominem ad iuramentum, quem sciebas falsum esse iurame-

rum? Respondit ille: Negavit mihi sem- meam. Respondum est illi; Et nonne melius erat, ut rem tuam, quam exiges, perle- res, quam animam hominis istius falsa iura- tione perimeres? Prostratus est, nullus est cædi. Casus est tam graviter, ut in dorso vigilantis vestigia apparerent; & sed dictum est illi: Postea quam emendatus es, paritur innocentia tua, de cætero cave ne facias. Fecit quidem ille magnum peccatum, & emendatus est; sed multo gra- vius peccatum faceret, qui post istum meum sermonem, & istam meam admonitionem, & exhortationem, tale aliquid fecerit; ca- vete à falsa iuratione.

His igitur præmissis, 1576 Dico 1. Licetum est personæ publicæ ut publicæ, minime personæ privatæ, exigere iuramentum ab eo, quem certo scit esse peccatorem. D. Bonav. in lib. 2. sent. dist. 39. art. 2. §. 2. & D. Thomas 2. 2. q. 98. art. 4.

Rationem desumunt ex auctoritate relata D. August. quia loquendo de persona privata (de qua loquitur Aug.) nulla potest assignari iusta causa; iusta namque causa maxime esset iustitiam, recuperatio rei, firmatio veritatis, pacti, &c. nil autem horum, imò contra- rium obtineretur per iuramentum falsum; eo- inquam cum falsitate jurante, rem non esse tuam, tibi non debere, quod dicis &c. rem tuam non recuperas; sed potius perdis; imò sine tua utilitate: insuper animam proximi perdis. Nec pura ratio privatæ personæ dat ad id tibi jus. Eo ipse igitur, quod certo scit aliquem esse peccatorem, cessat iusta causa exigendi ab eo iuramentum; jus namque est tuendum cum fructu, aut cum spe fructus; minime cum certo damno, maxime animæ alterius, sine ulla spe fructus.

1577 Hinc non alia ratione Doctores a peccato excusant petentem mutuum a mutuatorio, qui certo scit mutuaturus sub usura, nisi ex necessitate, & utilitate, quam reuera inducunt, ut in n. 372.

Tum quia tunc privata persona potest ius suum prosequi recurrendo ad Superiorem. 1578 Loquendo autem de persona publica, ut tali, adest iusta causa, quia iudex illud iuramentum exigat ex iuris ordine: & jus publicum, ac communis utilitas prævalet cui- libet iuri privatæ personæ; unde licite potest iuramentum exigere ab eo, quem certo scit esse peccatorem.

Et licet iudex non prodesset privatæ perso- næ læsæ per recuperationem rei, quam ille perit, prodesset communitati: Primo, quia hoc cædit in aliorum exemplum, ut ab imper-

nia.

ris, & iniustus abstinenceatur, ne in hac angus- tias deveniant alicuius se, si non pena cor- poris, pena animæ, falso iuramento. Secundo; quia, si non possit licite iudex exigere iura- mentum ab eo, quem certo scit esse peccatorem, possent perverſi fingere se certo peccatorem, ut sic à iudicis interrogatione eximerentur; quod cederet in maximum Reipublicæ damnum. Ecce in persona publicæ, publicam utilitatem, iustam causam.

1579 Dico 2. licetum est tam personæ publicæ, quam privatæ, necessitate, seu iusta causa exsistente, exigere iuramentum à Pagano, quem certo scit esse iuraturum per falsos Deos. D. Bonav. & Doctores omnes cit.

Ratio est, quia talia petitio iuramenti à Paga- no, quam facit Christianus ad tuendum jus suum, ad firmum reddendum contractum, pactum, &c. est utilis tam ipsi personæ pri- vatæ, quam communitati fidelium; nam Pa- gani, cum putet se peccare suum iuramentum per falsos Deos falsum frangendum, fortius il- lud servat, quam plures fideles: si autem talis petitio iuramenti à Pagano non liceret Christiano, privarentur Christiani, agendo cum Paganis, principali vinculo sua jura, & pacta firmandi, quale est iuramentum; quo vinculo gauderent solum Pagani agendo cum Christianis; quod cederet in maximum detri- mentum, & præjudicium Christianæ Repub- licæ; & Christiani in societatibus, & iuri- bus evaderent peioris conditionis Paganis; communis autem utilitas, & publicum bonum prævaleret cuiuslibet privato bono. Hinc Gen. 31. Jacob recepit iuramentum à Laban Idoloratæ, & Mach. 8. Judas à Romanis Idoloratris.

1580 Dices 1. Qui recipit iuramentum per Idolum factum, consentit illi: illud est ma- lum, igitur consentit malo; ergo peccat.

Respondet D. Bonav. cit. Quod in iuramento facto per Idolum, duo est considerare, videlicet ipsius Idoli vene- rationem, & exterioris verbi confirmatio- nem: habendo respectum ad primum, nulli licet iuramentum ab Idoloratæ recipere, nec exigere, nec facere; quia Idoli veneratio est omnino detestanda: Si vero habeatur respectus ad secundum, si licitum est ab eis recipere iuramentum, maxime pro uti- litate communi; & sic recepit Jacob pro pace suæ posteritatis, & Judas pro pace gentis suæ: & sic Christiani à Saracenis recipiunt pro pace, & utilitate communi- tatis, &c. Qui recipit iuramentum per I- dolum factum, non consentit Idoli venerationi, sed veritatis confirmationi, ut fir-

mum sit verbum, & solidum maneat pa- ctum; quantum ad hoc non est ibi pecca- tum; quia recipit quod suum est: quod vero ibi malum est, detestatur; sicut pauper indi- gens elemosina, recipit elemosinam cum murmure ipsi datam, & non peccat: quia sic placet elemosina datio, ita quod displiceat sibi annexa murmuratio.

1581 Dices I. Illicitum est privatæ personæ ex causa exigere iuramentum ab eo, quem scit esse iuraturum falsum; igitur & ab eo, quem scit esse iuraturum per falsos Deos.

Respondeo ex D. Bonav. cit. disparitatem esse, quia in iuramento falso nil boni est con- siderare, sed solam veritatis subversionem; adeoque, qui exigit iuramentum ab eo, quem certo scit esse iuraturum falsum, exigit iuramentum in virtutis subversionem; quod non potest esse sine peccato. Ex maxime, quia talis petitio est inutilis, ut ostensum est in 1576. Quia vero in iuramento per falsos Deos, est quid boni considerare, nempe veritatis con- firmationem; qui exigit iuramentum à Paga- no, quem certo scit esse iuraturum per falsos Deos, illud exigit in veritatis confirmatio- nem, insuper talis petitio est utilis, ut ostensum, & ideo non peccat.

DE VERITATE
PHYSICA, AUT MORALI,

1582 **E**T de certitudine ad veritatem requi- sita, plene agit Scotus in 3. dist. 39. q. un. §. Quantum ad secundum, & clare Tamb. lib. 3. decal. cap. 2. §. 1. ubi distinguit certitudi- nem moralem ex parte rei juratæ, & ex parte jurantis.

EX PARTE REI JURATÆ

1583 **H**abatur, si res, de qua fit iuramen- tum, ita se habet secundum sensum humanum, communem acceptationem, aut consuetudinem.

Hinc (ait Tamb.) non est condemnandus Pavechus, si testificetur, suum Clericum fre- quantale toto anno Ecclesiam, cum tamen per maiorem solum annis partem divinis officii assistit; id enim est moraliter toto an- no frequentale. Idem dicit de Scholasticis, si testificentur aliquem ex suis scholasticis simili modo frequentale: excipe, nisi forte unus veritatis, vel Ecclesiæ constitutionis requi- rant annum mathematicum.

1584 Excusavi olim Sacerdotem jurantem se in Parochia per Hebdomadam Mjorem Confessionibus excipiendis operam dedisse, iuxta edictum Episcopi, sed excommunicatio- nis labe sententia id præcipiens; excu- savi autem ex præfata doctrina, quod licet per

confitentis, ob eandem rationem peccaret mortaliter, si id ei confiteretur: at si id nesciat, potest licite ei consentire, quia potest putare Petrum habere ad id jus; quia nemo iudicandus est malus, nisi certò constet; & sicut potest ipse confessum solvere Petro, ita potest confessionem receptionis à Petro acceptare; nam Paulus est obligatus satisfacere suo creditori, & non querere aliorum jura contra creditorem. Ita Tamb.

DE OBLIGATIONE JURAMENTI PROMISSORII.

1604 Juramentum promissorium est multiplex; videlicet: Dolosum, Incautum, Per se stans, aut confirmans contractum, Coactum, & errore, vel dolo extortum.

JURAMENTUM DOLOSUM

1605 Tripliciter fieri potest, 1. Quando quis jurat sine animo jurandi, 2. Sine animo de obligandi, 3. Sine animo adimplendi, v. n. 1560. 1606.

1606 Certum est, 1. Quòd, qui intendit verè jurare, habet virtualiter animum se obligandi, quia obligatio vel est de essentia, vel passio inseparabilis juramenti. 2. Quòd jurans cum animo non adimplendi, peccat mortaliter ex defectu veritatis; qui enim se obligat ad aliquod, & simul habet animum illud non implendi, mentitur, & tenetur adimplere. 3. Quòd jurans sine animo jurandi, aut cum animo expresso se non obligandi, non tenetur in foro interno adimplere, licet possit in foro externo cogi: quia revera non jurat, sed simulat, & nulla actio humana obligationem inducit sine voluntatis consensu; & voluntatis consensus non habetur, si non habeatur intentio faciendi id, quod obligationem causet.

1607 At qui sic juravit puella, se eam duciturum in uxorem, quæ ob id passa sit violari; tenetur eam ducere, nisi conditio sit valde dispar. Allozza v. juram. n. 52. Dilectitas tamen est, non jurans sine animo jurandi, aut cum animo expresso se non obligandi, peccat & quomodo?

Et quidem certum est, cum Scotus in 3. dist. 39. qu. undecim. quòd, si hic jurat sine animo adimplendi rem promissam, peccat mortaliter, quia ex una parte mentitur, nam verbis promittit dare rem, & interius habet animum non dandi. Ex alia parte, licet revera non jurat, cum habeat animum non jurandi, seu non se obligandi, fingit tamen jurare; fingere autem nominare Deum in testem falsi, est gravis Dei irreverentia; sicut enim prima veritas non potest sine gravi irreverentia, & pec-

cato, fictè, & simulatè verbis externis negari, ita neque fictè, & simulatè verbis externis in testem falsi invocari.

1608 Si verò hic jurat cum animo implendi, sed solum sine animo jurandi, & se obligandi, cum peccare mortaliter, si se jurat in judicio, docet communis, quia quilibet in judicio respondere tenetur secundum mentem Judicis legitime interrogantis; Juxta verò petit verum, non fictum juramentum. Idem tenet communis in contractibus, ubi agitur de damno tertii.

1609 Extra autem judicium, cum peccare solum venialiter, tenent Cardenas dist. 18. Ant. à Spir. Sanct. tom. 1. sr. 5. dist. 1. num. 61. 63. Tamb. lib. 3. cap. 3. §. 1. num. 6. Alarius de juram. num. 35. & alii apud ipsos, quia Deus recipit juramentum, prout ex corde procedit, cap. 1. in 22. q. 5. Et in hoc casu non adest mendacium, sed verum, nec adest juramentum cadens supra falsum. Non adest mendacium, sed verum, quia verbis externis, quibus rem promittit, correspondet animus internus implendi; ex hoc autem, quòd non habeat animum jurandi, & se obligandi, solum sequitur, quòd juramentum non sit verum, sed fictum; adeoque non datur juramentum cadens supra falsum, & mendacium, quòd solum daretur, si tunc juramento reflexo diceret: *juro me jurare*; sola autem fictio juramenti, seu simulatio invocationis divini testimonii, qui est actus Religionis, non est gravis irreverentia, sicut regulariter non est gravis irreverentia, nec inde mortaliter, sed venialis fictio orationis, & simulatio sanctitatis, ex D. Tho. 2. 2. q. 131. art. 4. ubi docet: *Non tamen semper ipsa simulatio est peccatum mortale, sed quandoque veniale: quòd discernendum est ex his, qui respondent charitati Dei, vel proximi, nisi peccatum mortale: puta cum simulat sanctitatem, ut falsam doctriam disseminat, vel ut adipiscatur Ecclesiasticos dignitates indignas, vel quacumque alia temporalia bona, in quibus suum consistit.*

1610 Idem dicunt de contractibus, in quibus nullum sequitur damnum tertii; quia in contractibus, id quòd magis vitari attenditur, est damnum tertii.

1611 Dico autem, cum etiam extra judicium semper peccare mortaliter, Cajet. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. dubium, & novissime post hæc scripta pro mea sententia reperio Didacum de la Fuente, Hurtado dist. 12. c. 9.

Ratio est; quia qui jurat sine animo jurandi, & se obligandi, licet cum animo implendi, assumat mendaciter nomen Dei ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis, adeoque peccat mortaliter. Sum-

de-

deur. Hic namque, licet non committat mendacium circa materiam juramenti, committit mendacium in ipso formalis juramento; nam verbis externis dicit se jurare, & interius habet animum oppositum, & revera non jurat.

1612 Insuper ista falsa & mendax invocatio divini testimonii ordinatur ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis, quia omnino periret fides humana, & religio, quæ habetur juramentis. Hinc haberetur gravis irreverentia Dei, & notabilis injuria communitatis.

1613 Inde fit, ut sententia opposita non parum scandalis Republicæ afferat, nam ea data, cum etiam viri timorati, ex minima causa, sint faciles ad venialia, omnes possent faciliter ea uti, ex quo nullus amplius in humanis commerciis, & societatibus, tutus esset de juramentis; & si fuerent, aut suspecta redderentur humana commercia; quòd cedit in grave damnum Republicæ.

1614 Item juramentum, & invocatio divini testimonii, qui est actus Religionis, extra judicium rediderent ridiculum, non enim majorem fidem præstaret quàm simpliciter dicto, quàm ejus juramento.

1615 Quæritur in casu metus, in injuriæ, & coactionis, ut si juramentum extorquetur à latronibus, potes etiam sine veniali jurare sine animo te obligandi, Alar. cit. dummodò utaris æquivocatione externa ad evitandum mendacium circa formalia juramenta, quia tunc cessant inconvenientia præfata, & injuria dat actiõnem, & justitiam ad id. Imò & ipse injuriam facit iter de jurante præsumere potest.

1616 Jurare autem sine necessitate cum amphibologia, & restrictione, non pure mentali, sed externa, vel de iudicium, & sine gravi damno tertii, non est mortale, sed veniale docet Allozza v. juram. n. 4. cum Dian. & Sanc.

JURAMENTUM INCAUTUM

1617 Est illud, quòd cadit supra materiam illicitam, aut vitiam, aut indifferentem, vel de se licitam, aut juramentum tamen super ea cadit negativè, seu abjurativè. Exemplum primi, ut si jures facturum malum proximo. Secundi, si jures non facturum opus perfectionis, opus misericordie, charitatis, non daturum elemosynam, mutuum, non fidejussurum, &c.

1618 Juramentum incautum non obligat: ratio de primo constat, quia juramentum non est vinculum iniquitatis, aut levitatis, etiam si sit de malo levi, & ex Reg. 58. juris in 6. Non est obligatorium contra bonos mores præsumitur juramentum.

1619 De secundo; quia ponit obicem motioni Spiritus Sancti, & excludit opera virtutis. Imò sic jurans, peccat tam jurando, quàm implendo, & quidem mortaliter, si res sit graviter mala, ut si jures te alium occidurum, vel res licita sit graviter præcepta, ut si jures, te non audisturum Missam die Festo. Secus, solum venialiter peccas. Ad si jures te facturum malum sine animo adimplendi, peccas mortaliter ex defectu veritatis in intentione, etiam si malum sit leve; v. n. 1544. 1586.

1620 Juramentum de non accusando, vel de accusando, absolute, & generaliter emissum, est invalidum, quia comprehendit rem malam. Ratio primi, quia sæpe committit bono accusare expedit. Ratio secundi, quia gladius accusatio est contra charitatem, aut prudentiam, aut eam materia odii, & vindictæ; emissum autem in casu particulari, quò non accusatio, vel accusatio est licita, valet.

1621 Item juramentum de non incidendo per mare, de non transiendo per hanc, aut illam viam, &c. non obligat, quia est de re indifferenti, non cedit in Dei honorem, nisi fit et adjuncta circumstantia honesta: v. gr. si talis transitus esset occasio peccandi.

1622 Juramentum autem de re indifferenti, licet per se non obliget, obligat, si sit factum homini, & in ejus utilitatem, quia in juramento promissorio factio homini spectatur id, quòd est gratum homini, non quòd est melius, ad differentiam juramenti, & voti facti Deo, in quo spectatur, non opus indifferentens, nec simpliciter bonum, sed melius, seu non impeditivum majoris boni. Unde tunc in juramento de re indifferenti Deus non est acceptor, sed solum testis; v. n. 1542.

1623 Hinc, si jurati non vendere minoris, & non emere plus, ex se non obligant, ut si id cedat in utilitatem tui filii, aut tertii, cui quòd demis, proveniat, quæque id promissit, obligatis, situm juramentum fuit ab illo acceptatum.

1624 Juramentum factum de re opposita rei per alium juramentum promissæ, non obligat, imò peccas, si secundo juras, quia est de re mala. Hinc si jurati sponsalia, imò etiam si ea promissit sine juramento Berta, non valet juramentum de dudenda alla, quia hæc fecunda promissio, licet quantum est ex se sit bona, ex vi tamen prioris promissionis, aut juramenti, est reddita mala. Idem dic de voto.

1625 Jurasti te ducturum Romam, quò promissio fuit acceptata: postea jurasti te ducturum Annam, inde Roa voluntarie suam promissionem emisit, non teneris ducere Annam. Tamb.

Tamb. n. 8. quia secundum juramentum tuit invalidum. *Ex Reg. 18. juris in 6. Non firmatur verba temporis, quod de jure ab initio non subsistit.*

1626 Jurasti dare Paulo, quod promiseras Petro, qui acceptavit. Non potest adimplere, in id juramentum non tenet contra simplicem promissionem acceptatam.

1627 Juramentum de re nimis prodiga obligat ad partem, quae prodiga non est, minime quoad excessum, quia quoad illum est mala factum venialiter, adeoque sine peccato adimpleri non potest. Hinc juramentum de dando centum aureos meretrici, est iniuriendum intra lineam liberalitatis, aut iustitiae, juxta consuetudinem conditionis personae jurantis, & meretricis.

1628 Juramentum de dando pretio simoniaci non obligat, quia donatio simoniaci est prohibita jure canonico, aut divino.

1629 Juramentum a conjugibus ex iracundia factum de non se petendo ad invicem, non tenet: *cap. tuanus, de jurjur.*

1630 Quando materia juramenti est partim licita, partim illicita, partim possibilis, partim impossibilis, servandum est quoad partem licitam, & possibilem, quia *ex Reg. 37. juris in 6. Utile per inutile non vicianur.*

1631 Pater jurans se verberatum filium, & dominus se puniturum servum; peccat mortaliter, si jure cum animo non adimplendi, regulariter excusat inconsideratio, *ut in n. 1541.* Si vero juret cum animo adimplendi, non peccat, si cum causa, ut si iudicet id non expedire, ne turbetur domus; & solum venialiter; si mutatur sine causa, quia id omittit est quid leve, & modice considerationis, *vt. n. 1586.*

1632 Quoties igitur juramentum est de re mala, utique non obligat, quia non est vinculum iniquitatis, nec tunc habet locum reverentiae juramenti quia uti auctoritate Dei ad malum agendum, est summa irreverentiae hinc universaliter juramentum de re mala, imprudenter, aut exultantia actus honesti, & virtutis, non obligat.

QUÆRES

1633 Magistro, qui tibi aperuit secretum artis, pura medicaminis, jurasti illud non manifestari. An adhuc poteris illud alteri aperire?

R. Esp. cum Tamb. num. 65. cum distinctione: Nam vel manifestatio illius secreti cedit in damnum, aut præjudicium magistri, quatenus ille ea arte vivit, & secretum illud ei ad sustentationem, aut exultationem suae periculi conducit: Et aliunde per eum,

aut alia medicamina in casibus occurrentibus possit falsificari infirmis, vel secus. Si primum; non potes licite aperire secretum quia esset contra jura tertii, justum namque est, ut quis, maxime magister, lucrum ex sua privata scientia reportet. Si secus, potes, quia tunc juramentum non obligat, cum sit de contra charitatem, & in præjudicium Reipublicae; aut tertii, cujus bono non providetur.

JURAMENTUM PER SE STANS

1634 Dicitur, quod contractui, cui adja-
cet, nullam aliam obligationem confert, nisi propriam Religiois.

JURAMENTUM CONFIRMANS CONTRACTUM

1635 Dicitur, quod contractui, cui adja-
cet, ultra obligationem Religiois confert obligationem justitiae.

1636 Et quidem certum est, juramentum non posse confirmare contractus jure naturae invalidos; hoc namque aliud non esset, nisi reddere validos contractus in se jure naturae invalidos, quod facere non potest nec ex se, nec ex juribus. Non ex se, quia ex se cum sit actus Religiois, non potest obligationem justitiae, sed solum Religiois inducere. Non ex juribus, quia (ut ponderat Tamb.) id esset tollere bona uni, & applicare alteri, quod jura humana facere non possunt generaliter, sed in casibus necessariae reparationis, & subventionis bonis communis, & Reipublicae.

1637 Difficultas igitur solum procedit de contractibus validis, sed jure positivo rescindibilibus, & de invalidis jure positivo.

1638 Prima sententia affirmat, juramentum confirmare contractus, ita ut duas obligationes inducat, Religiois, & justitiae commutativae, taliter quod, si contractus est validus, sed rescindibilis, non possit rescindi, nisi prius relaxato juramento: si est jure positivo invalidus, eum revivificare faciat, reddat validum, & transferentem dominium. Adducit exemplum, alienatio fundi dotalis facta ab uxore, est jure positivo invalida, si autem uxor addat juramentum, fit valida, ita ut etiam juramento relaxato, adhuc teneatur uxor ex vi justitiae stare alienationi, nisi post relaxationem juramenti, etiam ipsa alienatio à Judice rescindatur. Ornate de contr. *tr. 4. dis. 11. c. 1. et. 4. Ant. à Sp. S. tom. 1. tr. 4. di. 1. c. 16. & plures ad eos.*

1639 Secunda sententia, quam teneo, negat. Tambur. *tom. 1. lib. 3. cap. 3. §. 6. cum pluribus.*

Dico igitur, juramentum nullum confirmare contractum, ac proinde contractui jure

po-

positivo invalido, aut valido, sed rescindibilis: solum addit obligationem Religiois, minime justitiae commutativae, nec transferit dominium. Et ita juramento relaxato, non tenetur amplius uxor stare alienationi fundi dotalis.

Ratio est quae supra. Nam juramentum id non habet ex se, nec ex jure. Non ex se, ut offensum est; eo maxime quia est accessorium, adeoque contractum relinquunt; ut est in se. Non ex jure; quia jura Canonica, quae adducuntur, expresse nihil aliud dicunt, nisi quod servari debeant, si sine dispendio aeternae salutis servari possunt: *ut in c. ad aures, 3. & c. cum dilectus in 6. tit. de jurjur.* Quod optime verificatur si juramentum servetur ex vi Religiois, & onus justitiae cum sit odiosum, non est sine expresse jure praesumendum. Adde, plura jura expresse dicere praemissos contractus esse servandos in reverentiam juramenti.

1640 Ex his sequitur, non dari juramentum confirmans contractus.

His praemissis, pro quovis contractu sive jure naturae, sive jure positivo invalido, fit

REGULA GENERALIS CERTA.

1641 Juramentum observandum est, & obligat quoties sine dispendio aeternae salutis, & sine alterius praesudicio servari potest, *C. si vero 8. c. Cum contingat 28. tit. de jurjur. & c. Quamvis 2. de pactis in 6.*

1642 In casu igitur juramenti cadentis supra contractum invalidum, contractus est servandus sicutim per momentaneam solutionem, quae statim repelli potest. Unde, si iustitias solvere jurasti, teneris solvere, ob reverentiam juramenti, *ex cap. debitores in 6. quia illud potest sine peccato servari, ut modo dicam: at potes statim pecuniam solutam repetere, qui contractus usurarius est jure naturae invalidus, & juramentum dominium non transfert rei tuae, quia minime obligationem justitiae commutativae contractui contulit, sed Religiois, cui per mentem donationem satisficit. Imo juramentum de non repetendis usuris à mutuario factum, non tenet c. tua de usuris; & haec est ratio, cur in hujusmodi contractibus invalidis juratis, qui recipit, teneatur statim restituere, quia titulum justitiae non habet, sed iniustitiae.*

1643 Qui igitur juravit usurario solvere usuras, obligatur solvere. Nec sequitur, quod juramentum esset vinculum iniquitatis, quia mutuo semel accepto, & juramento facto quavis acceptio, & juramentum fuerint illicita, quatenus non exibat necessitas, aut erat altius, qui mutuaslet sine usuris.] non est

Examen Ecclesiae.

de re illicita, quae sine peccato impleri non potest; nam solvere usuras non est peccatum, sed recipere: hinc usurarius etiam mentalis ad restitutionem tenetur, quia iniuste recipit: *vt. in 372.*

1644 Nec qui solvit, cooperatur alterius iniuste acceptio; quia ex una parte hic solvit ex iusta & rationabili causa, videlicet ob reverentiam juramenti, & ut sit fidelis, & ex alia ille potest non recipere usuras, & juramentum remittere; insuper potest superior ante solutionem juramentum relaxare; imo ipse mutuatarius perere, ut relaxetur.

JURAMENTUM COACTUM

1645 Est, quando fit per vim, & metum; non est sine expresse jure praesumendum. Adde, plura jura expresse dicere praemissos contractus esse servandos in reverentiam juramenti.

1646 Ex his sequitur, non dari juramentum confirmans contractus.

His praemissis, pro quovis contractu sive jure naturae, sive jure positivo invalido, fit

1647 Hinc, si ex metu promissis latroni date pecuniam pro tua liberatione, & jurasti, debes satisfacere per momentaneam solutionem, & itatim potes repetere; insuper potes ob injuriam juramenti relaxationem petere, & non solvere, dummodo peritio fiat intra terminum praescriptum, non jam finitum.

1648 Qui metu gravatus juravit latronibus dare lytrum, hoc est pretium redemptionis; si habuit intentionem non se obligandi, non obligatur fratre juramento; sed mortaliter peccavit hoc jurando, ob defectum veritatis, qui nullo metu excusari potest, cum fit intrinsece malus; si habuit intentionem se obli-

M

gan-

gandi, obligatur in conscientia ob reverentiam juramenti, *ex cap. debitorum de juramento, & ex can. bonane aives 20. cap. 5.* Deus accepti juramentum, prout ex corde procedit, foris autem judiciali eum non obligat; nam stante metu praesumit eum non jurasse animo adimplendi, sed potius evadendi periculum. At in foro conscientiae obligatur (ut bene advertit D. Thomas) non ob obligationem factam homini, quia haec, utpote coacta, est nulla; sed ob obligationem factam Deo ad implendum, quod suo nomine promisit: *v. n. 1737.* Potest tamen uti praedicto remedio *de n. 1647.*

1649 Solum juramentum ex metu gravi extortum non obligat, si sit de matrimonio, aut spontalibus inveniendis, ob rationem specialem matrimonii, quod ex jure C. *Significavit, de eo, qui duxit matrimon. C. Requisivit, & Cap. Gemma de sponsalibus*, debet esse omnino liberum, perfecte voluntarium, & non coactum; juramentum enim sequitur naturam contractus, cui apponitur.

1650 Qui iniuste in carcere detinetur, si obtineat licentiam exeundi cum juramento de redeundo, non tenetur redire, si addit periculum probabile mortis iniustae; quia juramentum non est vinculum iniquitatis.

1651 Qui vero detinetur captivus apud infideles, si obtineat accessum ad patriam sub juramento de redeundo, tenetur redire, ob scandalum, quod alias daretur infidelibus de irreverentia contra religionem.

1652 Dico 2. Si contractus fuerit spontaneus celebratus, & juramentum pariter spontaneum fuerit, sive adjectum fuerit contractui rescindibili, sive invalido; tunc illi non satisfi per momentaneam solutionem, sed per perpetuam; quia tunc contractus est ininitus cum pleno consensu, & sine injuria metus, aut doli; unde debet perpetuo servari, minime titulo iustitiae, sed Religionis, nisi juramentum relaxetur; ad quod requiritur causa, ut infra de relaxatione.

JURAMENTUM ERRORE, VEL DOLO EXTORTUM

1653 **E**st illud, quod cadit supra contractum errore vel dolo celebratum.

1654 Error est duplex, antecedens, & concomitans. Antecedens est ille, qui est causa contractus, ita ut sine eo contractus non fieret. Concomitans, qui non est causa contractus, ita ut sine eo adhuc contractus fieret.

1655 Error versari potest vel circa substantiam, vel circa accidentia contractus. De substantia contractus est omne id, sine quo con-

tractus non potest subsistere: è contra accidens. Sicut autem diversi sunt contractus, ita diversae substantiae: hinc sepe, quod in uno est de substantia, in alio est accidens, & quidem per se contraheans in contractu matrimonii est de substantia, in contractu emptiois accidens.

1656 Item in contractibus onerosis, ut emptiois, & venditionis, causa finalis, aut motiva est accidentalis; in contractibus vero gratuitis, ut promissionibus, & donationibus est substantialis, sicut etiam substantialis est quaevis alia conditio apposta; quia cum donatio sit liberalis, potest contraheans apponere pro substantia conditionem, quam vult, sine injuria donatarii; unde ea non impleta, aut causa finali non existente, invalida est donatio, quia donatio est liberalis, & sine tali conditione aut causa non fieret.

1657 Infuper sunt qualitates, quae dicuntur substantiales, quatenus spectant ad substantiam contractus; ut si metas pannum, putans esse Anglicanum, qui est melioris conditionis, & valoris, & comperias esse Neapolitanum. Si voves peregrinationem ad Beatam Virginem Drepani, putans distare per viginti miliaria, & reperias distare per sexaginta. Vel redundans in substantiam, ut in Matr. de imped. Erroris.

1658 Demum error, si naturaliter accidat, vocatur error, inadvertentia, aut ignorantia: si vero proveniat ex alterius malitia, vocatur dolo. His praemisissis,

1659 Dico 1. Si error, aut dolo fuerit circa substantiam, aut qualitates substantiales contractus, sive fuerit antecedens, sive concomitans, contractus est invalidus, tam jure naturae, quam positivo; ut si quis vendiderit pro vino acetum; quia deficit consensus: stante enim errore circa substantiam non potest esse consensus in illam, & inde neque obligatio.

1660 Si error, aut dolo fuerit circa accidentia, aut qualitates accidentales concomitantes, contractus est validus, quia talis error non tollit consensum in substantiam, & alunde cum sit concomitans, & cum sine eo contractus fieret, nullo pacto tollit consensum.

1661 Si autem fuerit antecedens, quatenus talis error accidentis dederit causam contractui, ita ut sine eo non fieret, est utroque jure validum ob sufficientem consensum in substantiam, sed irrevocabiliter ex parte decipientis, & irrevocabiliter ex parte decepti, ut ob injuriam rescindi possit à Judice in favorem decepti, tenet Ant. à Spir. S. tom. 1. *dis. I. sect. 18.* cum Lugo.

1662 At est invalidum, si expresse qualitas

tas illa in contractu intendatur, dico cum Tamb. tom. 1. lib. 5. cap. 3. §. 4. n. 33. cum Bonac. Fagundez, quia tunc talis qualitas est tota ratio consensus; unde ea deficiente, consensus deficit, & inde contractus, & obligatio, ex Reg. generali, nullum esse contractum, ubi consensus non est, ex quavis causa deficiat. Idque ex definitione contractus. Unde ait Tamb. Si expresse volenti emere vinum vetus, des novum, nulla erit emptio.

1663 Imo idem tenet, si error aut dolo accidentis non sit antecedens, sed concomitans, quia licet sine eo adhuc contractus fieret, revera non adesset consensus. Sed hoc non est verum, quia tunc consensus expresse esset in substantiam contractus, implicite & virtualiter in accidens, in illo affectu, & promptitudine contractum celebrandi, etiam si error, & dolo talis qualitatibus non esset. Verum tamen est, quod posset tunc contractus ob injuriam doli rescindi à Judice.

1664 Dico 2. Juramentum adjectum contractibus invalidis ex errore, aut dolo, ad nil obligat, neque ad momentaneam solutionem, ad differentiam metus. Ratio est; quia error & dolo invalidant ex defectu consensus, qui est de essentia contractus: metus vero gravis invalidat ex injuria, & injustitia illata; revera tamen adest consensus, & voluntarium simpliciter, non sic in contractu ex errore, vel dolo inito. Unde tunc juramentum non indiget relaxatione, quia nullum est vinculum: *v. n. 1344.*

1665 At juramentum adjectum contractibus validis, initis ex errore aut dolo concomitanti circa accidentia, obligat; potest autem à Judice relaxari ob injuriam doli. Constat ex dictis.

1666 Illud tamen est notandum, quod ad hoc ut contractus, votum & juramentum ex errore, aut dolo antecedenti circa qualitates accidentales, sint invalida, qualitas esse debet expresse apposta pro conditione contractus, voti, & juramenti; quod si non sit expresse pro conditione apposta, valida erunt.

1667 Idem dicendum est de matrimonio, item de religione, professione religiosa, ordine sacro, quo matrimonio aequiparatur ratione electionis status.

Unde, qui ducit Bertam sub expressa conditione, si sit virgo, invalide contrahit, si conditio non verificetur, licet sit qualitatibus, quia tunc deficit consensus, qui est de essentia contractus, & obligationis. Sic de voto, juramento, &c.

1668 Si vero ducat Bertam, putans esse virginem, sed hanc qualitatem non apponat

expresse pro conditione contractus, valide contrahit; quia ex regulariter contingentibus & ex modo, quo consensus in contractibus & obligationibus dari solet, praesumitur, quod qui conditionem, quoad qualitates accidentales, expresse non ponit, absolute consentiat, ut in matr. *de imp. erroris*. Et hoc maxime in contractibus, in quibus obligati status perpetuus; censetur quia absolute illum velle, etiam si quoad accidentalia aliter reperitur, quam creditur, dummodo quoad substantia lia sit.

DE INTERPRETATIONE JURAMENTI.

1669 **C**um P. Tamb. mihi facem pro claritate praebente procedam, asserendo regulas.

I. R E G U L A.

Si de intentione jurantis constat, non est opus interpretatione; sicut interpretandum, si servata proprietate verborum, quantum minor potest, obligatio inducatur; quia juramentum est onus, quod homo sibi contra libertatem imponit; unde jurans praesumitur minus voluisse suae libertati nocere.

1670 Hinc jurans religionem ingredi, non tenetur ad magis strictam. Et jurans servare alicujus communitatis statuta, non tenetur ad futura, sed ad praeterita.

1671 Item non obligatur ad incognita, aut ad ardua, de quibus non cogitavit. Et Bufem. addit: *Jurani non obligant ad ea, de quibus si cogitasset, ea non intendisset in aliis, quae promittebat includere, sed excludisset.* Nec etiam obligatur, si id accidat, quod si fuisset juramenti tempore, pro temerario haberetur. Eadem ex pluribus jurebus confirmat Pithing. in *Comp. Can. Pariter* discursus de voto.

1672 *Jurans facere certo tempore* (ait Bufem.) tenetur postea, nisi pars remittat, aut nisi solum ad illud tempus juramentum aligare voluerit.

1673 Jurati tertio quid facere certo tempore, illi te alligando, v. g. ultimo die anni, post sex menses ante ultimam diem anni: tertius ille tunc dilatat solutionem ad aliud tempus, puta ad alios sex menses supra annum; in dilationem acceptasti; elapsa ultimo die anni, non tenebisolvere; si vel juramenti, sed illud finit, quia non extenditur ultra intentionem jurantis, nisi novum juramentum de solvendo juxta dilacionem post annum emiseris.

II. REGULA.

1674 **O**bligatio juramenti facti homini est personalis. Quia essentialiter oritur ex intentione jurantis.

1675 Hinc obligatio juramenti non transit ad hæredes jurantis, etiam si ille non solum pro se, sed pro aliis juraverit.

Obligatio vero contractus transit ad hæredes, quia est realis, & res transit cum suo onere; unde hæres non solvens contractum juratum defuncti, non peccat peccato perjurii, sed injuriam, si contractus est validus. Si autem contractus est invalidus, ad nil tenetur.

1676 Similiter, si jurans solum tenebatur vinculo juramenti, hæres ad nil tenetur; unde hæres non tenetur solvere mutuantis iuras juratas ab eo, cuius est hæres, nec pecuniam ab eo juratam latroni pro liberatione, quia ille solum vinculo juramenti ad tales solutiones tenebatur.

1677 Deinde, si suscipiens officium, iuret aliqua servare, eo decedente, obligatio eadem servandi non transit ad successorem, nisi ex iure aut statuto sit annexum officio, & tunc successor ad eadem observanda tenetur, non ratione juramenti sui prædecessoris, sed ratione statuti, aut legis obligantis singulos in tali dignitate constitutos ad ea servanda.

III. REGULA.

1678 **J**uramentum est intelligendum iuxta naturam actus, supra quem dicitur. Quia ex Reg. 42. juris in 6. Accessorium sequitur naturam principalis.

1679 Ex qua tria sequuntur. 1. Quod quoties licitus est actus, licitum est juramentum; quod tunc solum est veniale, si fiat sine necessitate, ob defectum iudicii: v. n. 1550.

2. Quod quoties licitum est uti equivocatione, & amphibologia, & mendacium salvatur, licitum sit uti juramento. Diana pag. 2. v. 6. ref. 20. Ant. à Spir. S. tom. I. tr. 5. n. 52.

Demum 3. Quod juramentum eosdem tacite habeat sentus, intelligentias, conditiones, & restrictiones, quos secundum naturam, iura, consuetudinem, aut acceptationem hominum habet ab illis, cui adiacet.

1680 Hinc, qui resentiam juravit, potest non reddere in casibus à iure permissis; & qui juravit observare aliquis universalitatis statuta, non tenetur servare ea, quæ legitima consuetudine sunt abrogata, aut quæ major pars non observat.

1681 Insuper ad illa tenetur sub pena solum,

aut culpa gravi, vel levi, prout ipsa obligant; quia tale juramentum cui illis addit, sed solum firmat obligationem, quæ illis aderat.

Hac ratione Judices, & alii qui in ingressu officii jurant, non obligantur, nisi pro qualitate obligationis, quæ seculo juramento adest. Idque ex recentia regula 2.

1682 Item, qui aliquid sub juramento promittit absentis, non tenetur, quousque ille, vel alius suo nomine accipit; quia promissio non obligat, quousque per acceptationem firmetur.

1683 Qui absolute juravit nunquam ludere, est intelligendus de ludo immoderato, minime de moderato, nisi exprimat se id facere, ut se privet honesta illa recreatione ob mortificationem; quia licet ludus moderatus sit actus virtutis Eutrapeliæ, melius tamen est ab eo ob mortificationem abstinere.

1684 Qui absolute juravit nunquam ludere, non intelligitur per interpositam personam; obligatus enim juramenti est strictè interpretanda, ut minus obliget. Ita Tambur. cit. & Anton. à Spir. S. tom. I. tr. 5. diff. 5. sect. 20. num. 144.

1685 At melius dico, attendendum esse finem, nam vel juravit, ne pecuniam amitteret, vel ne in rixas, aut blasphemias prorumperet. Si primum, obligatur abstinere à ludo, etiam per interpositam personam. Bonac. tom. 2. disp. 4. qu. 1. part. 19. nu. 5. Minime, si secundum; quia in primo casu utrobique idem finis, non sic in secundo, & ex Reg. 72. juris in 6. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.

1686 Pariter, qui juravit nunquam ludere, ludere potest alieno nomine, si finis servetur, ut esset, si finis fuerit pecunias non amittere. Secus, si finis non servetur, ut esset si finis fuerit vitare temporis iacturam. Quod si finis vitare blasphemias, & rixas, tunc, ut abstinere neas, requiritur, quod expectus sis, te ludendo alieno nomine, & pecunia, solum in rixas & blasphemias prorumpere.

1687 Si jurasti puellæ eam ducendum in uxorem, si nondum per se, nec per alium acceptavit, potes non implere, & propria auctoritate juramentum infringere; quia hæc est natura promissionis in utilitatem nominis factæ, ut non jam acceptata non obliget, & retractari possit. Si sit acceptata, potes Religionem ingredi, ex iure Canonico cap. ex publico, de convers. conjugat. Ubi sponsis etiam inito matrimonio rati conceditur, facultas per b. mestræ ad ingressum Religionis, à fortiori absolute conceditur ante matrimonium. Secus est dicendum, si promissio jurata sit de alia re, v. gratia, &c. & sit acceptata.

Hic

1688 Hic distinguere oportet juramentum promissionum proprie dictum à juramento promissionario, quod habet rationem voti: Illud habet rationem voti, quod est factum in gratiam solius Dei, & non alterius: Illud est proprie dictum, quod est factum in gratiam hominis.

1689 De primo discurrendum est sicut de voto. Hinc qui in gratiam solius Dei promittit puellæ eam ducendum in uxorem, non tenet ex hoc juramentum; quia est impeditivum majoris boni, nempe calibatus. Quod si non sit impeditivum majoris boni, ut si iures dare certam elemosinam pauperi in gratiam solius Dei, tenet, & obligat, etiam ante pauperis acceptationem, quia Deus statim accipit.

1690 Descendendo, puta, si jurasti eam ducendum in uxorem in fut. aut parentum gratiam, jam dictum est n. 1622. & 1687.

1691 Aliternus Seminari, qui juravit ad patriam, etiam Anglicanam, regredi, aut statum Clericalem suscipere, eo non obtinente, potest religionem ingredi; quia hic status uti majoris perfectionis semper censetur exceptus: v. num. 1686.

1692 Si sub juramento promissisti alteri dare equum, aut hunc equum, non potes compensare, dando rem alterius speciei, v. g. pecuniam, aut alium equum; quia hæc est natura promissionis, ut sit adimplenda in specie promissa, unde non sufficit æquivalens.

1693 At licet in rebus diversæ speciei non sit locus compensationis, adest locus retentionis, donec debita solvantur. Nec retinens tunc est perjurus, quia ex iure juramentum solvendi involvit hanc tacitam conditionem: Nisi legitimam excusationem habeat: Et nisi sit iuste impeditus.

1694 Si autem sub juramento promissisti solvere centum aureos, centum coros tritici, &c. potes uti compensatione non solvendo, si atque tibi debeat totidem aureos, aut coros tritici, quia compensatio est quedam solutio, & satisfactio: quod est verum, tam in debitis post, quam ante juramentum contractis; quæ juramentum est interpretandum fuisse emissum à jurante, ea intentione, quæ sibi utilis, & commodior.

1695 Quod si, quando juravit, habuit expressam intentionem non utendi compensatione, & eam declaravit, non potest compensatione uti. Si vero non declaravit, sed tacite retinuit, potest compensatione uti; quia promissio illa sub ea qualitate, non utendi compensatione, cum non fuerit declarata, non fuit à creditore acceptata, adeoque non obligat.

Examen Ecclesiast.

1696 Qui juravit non revelaturum secretum, non tenetur, quoties hæret jus manifestandi.

1697 Rectores, &c. qui jurant servare secretum super iis, quæ in confessorio tractantur, sub mortali tenentur, iuxta gravitatem rei, quod tractatur. Aperire aliquid, quod non cedit in damnationem, aut præjudicium Republicæ, publici officii, aut tertii, esse veniale ait Ant. à Spir. S. tom. I. tr. 5. diff. 21. n. 153. cum Sanchez & Palao.

1698 Officiales, qui jurant servare taxam à Principe præscriptam, ad illam tenentur; & si plus accipiant, restituere debent. Nec obstat consuetudo in contrarium, si sit, quod officiales plus recipiant clam, & Princeps non consentiat, sed solens puniat.

1699 Juramentum, quod medici emittunt de servando Decreto S. Pii V. quod est, ut infirmum monent de Sacramentis, & tertiam die non videntur, si confessus non sit, est intelligendum; prout Decretum S. Pii est in usu.

Ant. à Spir. S. cit. qui addit, Decretum S. Pii fuisse confectum: abrogatum.

1700 Scholasticus interrogatur, an locutus fuerit cum aliquo ex oppositoribus, aut illius domum fuerit ingressus, potest respondere negativè, si verba aut ingressus domus non fuerint subordinationis causa, quæ hoc esse debet mens Judicis interrogantis, Ant. à Spir. S. cit. sect. 9.

CONDITIONES IN JURAMENTO.

1701 **P**romissio, & inde juramentum ei adiacens, plures condiciones generales tacite involvit. 1. Si potero; quia ad impossibile nemo tenetur. 2. Si licite; quia promissio non est vinculum iniuratis. 3. Salvo iure, & auctoritate Superioris; quia nemo potest se obligare in præjudicium Superioris, unde hic in materia prædictionis potest juramentum irritare. 4. In promissione mutua, Si alter fidem servet, ex Reg. 75. juris in 6. Frustra sibi quæ fidem postulat ab eo servari, qui fidem à se præstitam servare recusat.

5. In donatione, Si alter ingratus non existat. 6. In fideiussione, Si principalis excusatur: Unde, qui sub juramento fideiussit, non obligatur solvere, nisi prius principalis excusatur. 7. Sibi, in cuius gratiam facta est promissio acceptavit, aut saltem tacite non venisit. 8. In quavis promissione, aut juramento, Sives non fuerint notabiliter mutata.

1702 Hinc, qui cum juramento promissi, nuptias puellæ diviti, Virginis, bonæ fame, sanæ, &c. si hæc evadat pauper, non habent dotem competentem, dehorata, male famæ

M 3 in-